

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius Thomas Stampelius

## **Dissertatio Theologica De Canali Traditionis**

Rostochi[i]: Richelius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740041029>

Druck Freier  Zugang



R U. Med 1664

August Varnius la

Vest. Thomas Hamplius



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn740041029/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740041029/phys_0002)

**DFG**

40.  
R.U.  
Kest

# DISSERTATIO THEOLOGICA DE CANALITRA- DITIONIS,

quâ Consilium de necessario recursu ad Canalem  
*Romane Traditionis*, quod velut compendiosum, efficax, & omnibus  
erroribus corrigendis idoneum remedium, procurandâ Germaniâ, morbo  
scilicet hæreseeos per Lutherum infecâ, ex CYPRIANO in primis  
& BASILIO Magno nuper suggestis JOHANNES SINNI-  
CHIUS *Theologus Lovaniensis*, in CONFESSIONISTARUM  
PROVOCATIONE REPULSA c. 19. & 20. ex illis ipsis Pa-  
tribus, & AUGUSTINO, ab adultero Pontificiorum  
sensu vindicatis, minutius excutitur, & una cum  
illo modo curandi retunditur,  
*CONSENSU AMPLISSIMÆ FACUL-  
TATIS THEOLOGICÆ*  
in Universitate Rostochiensi  
ad publicam Cœlētiorum proposita

*P R E S I D E*  
**AUGUSTO VARENIO, SS.**  
Theol. Doctore, ejusdemq; Professore Ordinar. & Con-  
sistorii Sereniss. Ducum Assessore  
*R E S P O N D E N T E*  
M. THOMA STAMPÉLIO, Revaliâ Livono  
*in Auditorio Majori*  
*d. 16. Januar. Anno 1713, Ise LXIV.*

*Rostocbi, Typis Johannis Richelii, Senatus Typogr.*

1664



( i 5 )

# DISSERTATIONIS THEOLOGICÆ DE CANALI TRADITIONIS

## THESIS I.

**G**lorum Pelagius olim, in controversiâ de GRATIA, contra Catholicos in B. A. M. BROSIO mirificè se efficeret, velut in cuius libris pricipiè Romana fides eluceret, qui Scriptorum inter Latinos flos quidam speciosus eniteret, cuius fidem & purissimos in Scripturis sensus ne inimicus quidem reprehendere ausus esset, pulcherrimo temperamento sermonis respondit Augustinus: ECCE qualibus & quantis predicit laudibus, quamlibet SANCTUM & DOCTUM VIRM, NE QVAQUAM tamen autoritati SCRIPTURÆ CANONICÆ COMPARANDUM vid. Aug. l. 1. de grat. Chr. cont. Pelag. & Celest. c. 43. Quare pro AMBROSIO facundus adeò fuerit Orator Pelagius, non tacuit AUGUSTINUS & l. alleg. & c. 48. Propterea sic AMBROSIUM commendat, quia videtur sibi in quodam loco librorum ejus esse teste uti, quo probet: HOMINES ESSE POSSE SINE PECCATO. Illud sc. in Scriptis ejus invenerat ex laudibus Zacharia & Elisabet Luc. I. v. 6. ab Ambroso deductum: Posse hominem IN HAC VITA ESSE SINE PECCATO. Et de illo quidem dogmate omnimodæ perfectionis, in hac vita possibilis, ipsisq; apud Evangelistam Zachariæ & Elisabet encomiis, quid AUGUSTINUS sentiat, seqventibus proximè verbis ipse pronunciat: Quanquam negandum non sit, si hoc velit Deus, apud quem sunt omnia possibilia, consideret tamen diligenter, quemadmodum dictum sit. Dictum est enim, quantum mihi videtur, secundum quandam inter homines conversationem probabilem atque laudabilem, quam nullus hominum justè posset in accusationis & criminationis querelam vocare. Quam propterea in Dei conspectu Zacharias & ejus uxor habuisse referuntur, quia in eâ homines nullâ dissimulatione fallebant: sed UT APPAREBANT HOMINIBUS, immetuerant oculis Dei. Non autem dictum hoc est

A secundum

## 2 DE AUTORITATE SCRIPTURÆ CANONICÆ

secundum illam perfectionem justitie; in qua verè atque omnino immaculati perfecti v. venumus: nam & Apostolus Paulus dixit: secundum justitiam quæ est ex lege, se fuisse sine querela; sed hanc justitiam Apostolus in hercoribus & detrimentis deputavit, in comparatione justitia, quam speramus, & quam nunc esurire atque fitire debemus, ut ea quandoque saturemur in specie, que nunc est in fide, quamdiu justus ex fide vivit. Ipsum autem AMBROSIUM, quam ex aliis locis Ambrosianis vindicet, ne quid in Ambroso pro suâ hæresi presumere solidè Pelagius posset, seqventibus ad ipsum Pelagium verbis eloquitur c. 49. Audiat (Pelagius) ipsum venerabilem Antistitem, cum exponeret Isaiam Prophetam dicentem: NEMINEM IN HOC MUNDO ESSE POSSE SINE PECCATO: & allegatis pro Ambroso locis 1. Cor. 13, 10. 12. Philip. 3, 15. 20. Hunc sensum memoratus Episcopus explicans: Perfectos, inquit, secum multos ait Apostolus in hoc adhuc mundo fitos, qui immen, si ad perfectionem veram resipicias, perfecti esse non poterant. Ita & immaculati sunt, in hoc mundo, & erant in regno Dei, cum utique, si minutius excutias, immaculatus esse NEMO possit, quia NEMO sine peccato. Illud ergo sancti Ambrosii testimonium, quo pro suâ sententiâ Pelagius utitur, aut secundum quandam modum, dictum est, probabilem quidem: sed non minutius excussum: aut certè si ille Vir sanctus atque humilis Zachariam atque Helisabet summe atque omnino perfectæ justitiae, cuique nihil jam addi posset, fuisse existimavit, profecto sententiam suam minutius excutiendo correxit. Attendant sanè in isto eodem loco, unde hoc Ambrosianum testimonium Pelagius assumit, etiam illud cum dixisse, quod, ab initio esse immaculatum, humana sit impossibile natura, ubi omnino illam naturalem possibilitatem quam Pelagius non vult fideliter resipere peccato esse vitiam, & ideo jaçanter extollit, enervem infirmamq; testatur venerandus Ambrosius, procul dubio contra ipsius voluntatem: sed non contra Apostolicam Veritatem, ubi legitur: Fuimus & nos aliquando natura filii itæ, siue & ceteri: Ipsa est enim per peccatum primi hominis, quod ex ejus libero venit arbitrio, vitiam & damnata natum, cui SOLA per Mediatorum Dei & Hominum & omnipotentem Medicum divina subvenit GRATIA.

## II.

Ita ex ipso AMBROSO defendit Augustinus Ambrosium, claramè designans, aut AMBROSIUM, quicquid occasione laudum Zacharia & Elisabet dixerat, secundum modum probabilem quidem: sed non minutius

## ET PATRUM CATHOLICORUM.

3

minutiū excusum dixisse: aut sententiam illam alibi minutius exentiendo corrixisse: qvīn venerabilem illum Antistitem & suz olim, cum ex Manichæismo lento gradu enteretur, conversioni potentem Cooperatorem (vid. Aug. l.5. Conf. c.13. l.6. c.3. l.7. c.19. l.8. c.6. l.9. c.5.) Syncretismo Pelagiano penitus absolvit Augustinus, ex ipsis veris Commentariis Ambrosianis ostendens contradictoria Pelagiano dogmati, qualia præter ilud *Apophategma Ambrosianum*, in quo adeò triumfat Augustinus: DEUS, QVOS DIGNATUR, VOCAT: ET, QVEM VULT, RELIGIOSUM FACIT, sunt illa: Usque adeò ubique cooperari Dominum voluntatibus humanis, ut non saltē sine DOMINO nemo quicquam possit perficere: sed nec incipere: ipsam pœnitentiam, ipsam dilectionem, etiam quoad gradus ad beneficium gratiæ pertinere: postquam Petrus lapsus est quid dixit: et si alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor, & David, qui dixerat: Ego dixi in mea abundantia: non movebor in æternum, suam sibi jactantiam proficeret obfuisse, dicens: Avertisti faciem tuam, & factus sum conturbatus, neminem alium jure posse de se presumere. Vid. Aug. l.1. d. gratiâ Christi contra Pelag. & Celest. c. 44. 45. 46. Et nihilominus Augustinus Ambrosium, etiam ubi Catholica omnia scripsit, autoritati Scripturæ Canonicae nequaquam comparandum agnoscit. Tanta præ Patrum Catholicorum Scriptis, etiam ubi hæc non errant, Scripturarum Propheticarum & Apostolicarum majestas est, & celestis ac independens autoritas, ut ad illas velut unam & celestem regulam examinandum sit, qvicquid habetur in Patrum Scriptis sive dogmatum, sive explicationum, & tunc demum admittendum, si reperiatur illis consonum: si minus, respuendum: cujuslibi Epist. 19. ad Hieronymum Confessor Augustinus: Ego, inquit, fateor Charitatitue: solis eis Scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum eorum Autorem scribendo aliqui, errasse firmissimè credam. Ac si aliquid in his offendit literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendosum esse Codicem vel Interpretem non assicutum esse, quod dictum est, vel me minimè intellexisse ambigam. Alios autem ita lego, ut quantumlibet sanctitate doctrinæ præpolleant, non ideo verum putem, qvia ipsi ita senserunt: sed qvia mibi vel per illos autores Canonicos, vel probabilitatione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nee te, mi Frater (HIERONYMUM alloquitur) sentire aliquid aliter existimo, prorsus, inquam, non te arbitror, sic legi tuos

A 2

libros

#### 4 DE AUTORITATE SCRIPTURÆ CANONICÆ

libros velle, tanquam Prophetarum vel Apostolorum, de querum Scriptis,  
quod OMNI ERRORE CAREANT, DUBITARE NEFARIUM EST.  
Absit hoc à più humilitate, & veraci de temetipso presumptione. Imò vero  
SANCTAM SCRIPTURAM IN SUMMO ET CELESTI AUTORITATIS  
CULMINE COLLOCATAM DE VERITATE EJUS SECURUS LEGAM.  
Manichæi plurima divinarum Scripturarum, quibus nefarius eorum error  
clarissimè sententiarum perspicuitate convincitur, quia in alium sensum de-  
tergere non possunt, falsa esse contendunt, ita tamen, ut falsitatem eandem  
non Apostolis scribentibus tribuant: sed nescio quibus Codicis Corruptrori-  
bus: quod tamen, quia nec pluribus, nec antiquioribus exemplaribus, nec  
precedentis lingue autoritate (unde Latini libri interpretari sunt) probare  
aliquando potuerunt, notissimè omnibus veritate superati confusis, disce-  
dunt. Tantus sc. Scripturatum divinissimarum præ Consenit Anti-  
qvitatis triumfus est, ut nec ipse furor hereticus ausu Scripturis impu-  
nare falsitatem: quod jam ante Augustinum agnovit Ignatius Epist. ad  
Philadelphien. Audiri, inquit, quosdam dicentes: si non invenero Evan-  
gelium in antiqua, non credam. Talibus autem EGO dico: MIHI AN-  
TIQVITAS JESUS CHRISTUS EST, CUI NON OBEDIRE MANI-  
FESTUS ET IRREMISSIBILIS INTERITUS EST. DURUM EST  
CHRISTO NON CREDERE: DURUM, APOSTOLORVM PRÆ-  
DICTIONEM SPERNERE.

#### III.

Prout ergo, si quid sua consonans hæresi in Ambroso Pelagius  
invenisset, Augustino, sine obligatione Ambrosi, ad Prophetarum & Apo-  
stolorum Scriptas, de quibus SOLIS, quod OMNI ERRORE careant, du-  
bitare nefarium judicavit, provocare facile fuisset: ita, postquam usque  
adeò nihil invenit in Ambroso minutius excusso, suo consanguineo  
dogmati, ut potius ex Ambroso plagas insignes patiatur Pelagi-  
us, jucundum fuit Augustino, posse Pelagio ipsum Ambrosium, ad  
quem provocaverat, opponere, & ab illo ipso, qui supra laudaverat  
Ambrosium, quod ejus fidem & purissimum in Scripturis sensum, ne inimicus  
quidem reprobendere fuerit ausus, postulare, ut in dogmate de Adjutorio  
grace id crederet, quod profesus erat Ambrosius, ipsasq; Scripturas  
(in quibus id clarissimè definitum, etiam ante advocatos in Consilium  
Patres Catholicos, extra pertinax judicium si fuisset, Pelagius intelli-  
gere potuisset) intelligeret saltem juxta purissimum illum, quem con-  
cesserat

## ET PATRUM CATHOLICORUM.

cesserat Ambrosio, in Scripturis sensum. Primum ad eò votum Augustino fuit, ut Pelagius, quid de Adjutorio gratiae sit credendum, in ipsis Scripturis sanctis, MAXIME CANONICIS, adverteret atque agnosceret, quod & in illis advertere potuerit, & debuerit, quippe in quibus clarissime illud propositum Augustinus agnovit: Ceterum, quia, quod in illis contueri poterat, propriez ~~ad~~lupus s. prejudicij illius velamentum non contuebatur aperte: sed Scripturas secundum sensum haeticum legebat & detorquebat, proinde votum Augustino secundum fuit, quod his verbis exprimit: Utinam ergo saltem in Catholicorum Virorum Scriptis, à quibus eas rectè intellectas esse non dubitant, quid sit de Adjutorio gratia divina sentiendum, non negligenter attenderent, nec sua sententias amore nimis preterirent. Et paulò post c. 45. Audiat iste tantum Virorum docentem, imitetur credentem, CU JUS FIDEM DOCTRINAMq; ALL-DAVIT. Audiat humiliter, imitetur fideliter, non de se pertinaciter presumat, ne pereat. Quia in eo Pelago vult murgi PELAGIUS, unde per Petram liberatus est PETRUS? Pati sc. lege hic ex Ambrosio disputat Augustinus contra Pelagium & Celestium: quā alibi contra Cresconium Donatianum (illud enim nominis magis quam Donatistæ placuit) opponentem pro suā sectā autoritatem Cypriani, ex ipso Cypriano disputationem legitimat: Vos, inquit, qui Scripta Cypriani nobis tanquam firma menta Canonice Veritatis opponitis, quicquid de Cypriano contra Vos profere potuerimus, necesse est credatis, & iustum est, ut vobis raceatis, ac vos aliquando ab errore perniciōsissima diffensionis ad unitatem Catholicam convertatis. Vid: Aug. l. 2. cont. Crescon. c. 1. & c. 32.

## IV.

Equidem quod Hæretici pro defendendā suā hæresi ad Patres Catholicos sèpè provocant, per id non magis haec tenus periculum Patribus, quam ipsis Scripturis inde, quod Hæretici ex Scripturis sua dogmata conantur probare: sed revera ex his non probant. Dum conantur probare, idem illis obvenit (etiam ubi non experiuntur, & ipsa suā cœcitate vel impunitate puniuntur) quod de perduellibus Messia Propheta Ilaïas eloquitur c. 45. 23. Adusque illum (MESSIAM qui jurat fore ut sibi flectatur omne genu, & jurer omnis lingua) venient quidem: sed ita ut pudeant omnes qui exardestunt in illum. Veniant ad eosdem sacrarum literarum fontes etiam Hæretici; sed quia noui, prout venit ad fontem serpens, qui limpidas bibiturus aquas, veneno prius in spelao posito;

## 6 DE AUTORITATE SCRIPTURÆ CANONICÆ

positio, putus abit ad fontem purum (οὐ φέρει τὸν καρδιῶν πηγεύτην  
ἢ τὴν τινὰ πηγὴν τὸν ὑδωρ πηγὴν) qvia nec serium studium adhibent ad  
descendas sacras literas, nec supplicant DOMINO, ut veniat Agnus de tribu  
Ibuda, & ipse accipiens librum signatum dignetur aperire (verba sunt Orig.  
in Exod. hom. XII.) qvin potius ipsi indocti, & infatibiles detorquent  
Scripturas suo ipsorum exitio, & prout illi Viri perfidiosissimi, profanant  
rem sanctam vim inferendo Legi 2. Pet. 3, 16. Zephan. 3, 4. ita veniunt ut  
pudescant, & confundantur in portâ, etiam tunc vel maximè a Engatia  
et ceteris hæretici, ubi se causâ cecidisse nolunt videri.

## V.

Cœterum alia ratio Patrum etiam verè Catholicorum, ex quibus,  
velut & circa dogmata quædam, & circa sensus Scripturarum alicubi,  
etsi cetera Schisma vel hæresin hallucinantibus, nec pari cum Scripturis,  
inerrabilitatis Privilegio gaudentibus, non saltem hæreticus conatur  
probare: sed & aliquando reverè probat. Erraverat olim in Anabap-  
tismo premiscuo venientium de hæresi ad Ecclesiam (nec enim de quodam  
Anabaptismo e. c. Cataphrygum, Samosatenianorum, qvorundam  
Arianorum, prout nec hodiè qvorundam Photinianorum, non in no-  
men Patris & Filii & Spiritus Sancti baptizantium, dubium fuit ullum,  
Catholicis horum anabaptismum velut justum & legitimum, conce-  
denteribus. vid. Canon. Apost. 47. & 67. Concil. Nicen. Can. 19. Are-  
latens. Concil. Can. 8 Alelatens. 11. Can. 16. & 17. Laodicenum Can.  
8. de Cataphrygis ad Ecclesiam venientibus, & in primis Concilium  
VI. generale c. 95. ubi illud; De Paulianis constitutio ab Ecclesiâ Ca-  
tholica facta est, ut omnino rebaptizentur) sanctus Martyr Cyprianus:  
ipsum de baptismō penes solos Catholicos, non autem hæreticos errorem  
ex Scripturis sanè minus recte intellectis probare conatus, illis in pri-  
mis de UNO Ecclesiâ BAPTISMATE Eph. 4, 5. Joh. 3, 5. Actor. 10, 47.  
de HORTO CONCLUSO & FONTE SIGNATO Cant. 4, 12. de  
ARCA NOÆ 1. Pet. 3, 20. Imò vehementer causam egit Cyprianus  
indicto etiam Concilio Africano s. Carthaginensi, in quo & primus  
Episcoporum Cyprianus sententiam dixit: sc. Hereticos ad Ecclesiam  
venientes Ecclesiâ baptismō baptizari, & sanctificari oportere, & rogatis  
concordibus Coepiscoporum (neque enim Episcopum Episcoporum  
illa actas agnovit) suffragiis, his verbis subscriptis: Meam sententiam  
plenissimè

## ET PATRUM CATHOLICORUM.

7

plenissimè expressit Epistola que ad Jubajanum Collegam nostrum scripta est: hereticos secundum Evangelicam & Apostolicam contestationem adversarios Christi, & AntiChristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unico Ecclæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de Adversariis Amici & de AntiChristis Christiani. Vid. ibid. judicia Episcoporum, & Epist. II. Cypriani ad Stephanum Papam Tom. I. Concil. Cyprianum sine Schismate (vid. Aug. l. 5. de Bapt. cont. Donat. c. 25.) errantem cum suo Concilio Carthaginensi, velut Autorem suæ sententie allegabant Donatistæ schismatici, imò Hæretici: & illius autoritatē se rebaptizare jactabant. Magnum quidem discrimen inter Cyprianum, & utrumque Donatum. Ille, Defensor Catholicae Unitatis & Patris, qui, et si irritatus in Stephanum Rom. Episcop. quadam effudit, qua periculum perniciose dissensionis habuerunt, in unitate tamen cum eis manere voluit, qui diversum sentirent, ita, et si commotius, fraternè tamen indignatus, ut vicerit Pax Christi in cordibus eorum, & intali disceptatione nullum inter eos malum schismatis fuerit exortum: Hic, Autor divisionis, rupit Unitatem, & protestante licet Cresconio unam religionem, Ecclesiā exivit. Ille, non nisi ab hæretice exiit Ecclesiam baptizatos rebaptizavit: Hic etiam à Catholicis & intra Ecclesiam impuris baptizatos, iterum exuffavit & rebaptizavit. Unde illud Petilianus: Conscientia sancte dantis attenditur que abluat accipientū. Ille Martyr, sine dubio post mortem cum Christo: Hic cum Diabolo. Allegabant tamen, & ad Cyprianum meliori fide, quam ad Ambrosium Pelagius, provocabat Cresconius, non conatus saltē probare: sed & probans suum Anabaptismum, si Cypriani iudicio acqiescendum fuerit.

## VI.

Cœterum quid hic Cresconio Donatiano reponit magnus AUGUSTINUS: Ego, inquit, Epistole ejus (Cypriani ad Jubajanum) autoritate non ieneor, quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo: sed eas ex Canonice considero, & quod in eis divinarum Scripturarum autoritati congruit, cum laude ejus accipio: quod autem non congruit, cum pace ejus responso. Pergit Augustinus: Si ea qua commemorasti, à Cypriano scripta, de aliquo Apostolorum vel Prophetarum Canonico recitares, quid omnino contradicerem non haberem. Nunc vero, quoniam CANONICUM non est, quod recitas, eà libertate, ad quam nos vocavit Dominus, ejus Viri, cuius laudem consequiri non valeo, cuius multis literis mea Scripta non comparo, cujus ingenium diligo,

### DE AUTORITATE SCRIPTURÆ CANONICA

diligo, cuius ore delector, cuius charitatem miror, cuius martyrium veneror,  
hoc quod alicèr sapuit, non accipio. Non accipio, inquam, quod de bapti-  
zandis hereticis & schismaticis beatus Cyprianus sensit, quia hoc Ecclesia  
non accipit, pro quâ beatus Cyprianus Sanguinem fudit. Quia ergo do-  
gma Cypriani non de Apostolorum vel Prophetarum canonico procedebat,  
& ex Canonicis consideratum, divinarum Scripturarum autoritati non con-  
gruebat: sed & Ecclesia illa, pro quâ Sanguinem fudit Cyprianus, illud non  
accipiebat, autissimè AUGUSTINUS in illo perseveravit, quod erat  
consonum Scripturis, & non contrarium aliis Patribus Catholicis, ipsiq;  
praxi Ecclesie universalis, unde adversus Cresconium pergit: Relinque  
Scripta Cypriani & ea ipsa legalia documenta, quibus eum dicit esse usum, com-  
memora. Si ea non demonstravero nostram causam nihil adjuvare, vici.

Quapropter ita hoc Cypriani non accipio, quamvis incomparabiliter inferior  
Cypriano, sicut illud Apostoli Petri, quod gentes judaizare cogebat, nec acci-  
pio, nec facio, quamvis inferior incomparabiliter Petro. Ita Aug. l. 2. cont.  
Crescon. c. 32. Quidam, non saltem causam Cypriani Scripturæ locis  
& Cypriano adductis non juvari probat: sed & ex Scripturis oppu-  
gnat, & ex his consuetudinem Ecclesie de non rebaptizando vin-  
dicat.

### VII.

Syllogismus adeò Augustini in Cyprienum fuit hactenus talis:  
Quodcumq; dogma autoritati Scripturarum congruit, illud velut Catholicum  
est admittendum, &c, quod ei contrarium, cum pace Autoris est respuendum.  
Non Cypriani, de rebaptizandis: sed Ecclesia, de non rebaptizandis dogma  
est tale. Et dogma Ecclesie admittendum: oppositum ei cum pace  
Cypriani respuendum. Et hujus quidem Syllogismi assumptionem ne-  
gaverit Cyprianus: nequaquam autem Propositionem l. præmissarum  
priorem, in quâ pulcherrimè sibi consonantem Cypriatum agnovit  
Augustinus l. 5. contra Donatistos c. 26. Quod, inquit, Cyprianus nos  
admonet, UT AD FONTEM RECURRAMUS i. e. ad APO-  
STOLORUM TRADITIONEM, ET INDE CANALEM  
IN NOSTRA TEMPORA DIRIGAMUS, opimum est, & fine  
dubitacione faciendum. Colligere autem ex superioribus licet: si (1)  
Scripturæ in summo illo & celesti autoritati CULMINE sunt collocate, ita  
ut Lector de veritate illarum undequaque securus esse possit, & ne ipse  
quidem

## ET PATRUM CATHOLICORUM.

qvidem nefarius hereticorum error falsitatem illarum Autoribus imputare ausit. Si (2) corruptionem codicibus sacris imputantes, sive etiam ad SCRIPTURAS pro hæresi suâ provocantes, notissimâ omnibus veritate superati CONFUSIQUE DISCEDUNT. Si (3) Patres, etiam ubi non errant, inerrabiles haut sunt, s. tales, de quorum Scriptis, quod OMNI ERRORE CAREANT, dubitare nefarium st. Si (4) Scripta Patrum ex Canonie, consideranda, & tunc demum admittenda, ubi his loquuntur consonantia, extra talēm autem consonantiam, liberè responda. Si (5) aliquando variè, & modo probabili qvidem: sed minus excusso, & ab ipsis corrigendo loquuntur Patres. Si (6) aliquando expressè defendunt erronea. Si (7) hæretici ad ipsorum Patrum Catholicorum Scripta provocant, & aliquando ex his non saltēm probare consonantur: sed & probant. Si (8) armis Patrum non indigent ad bonam causam Catholici, potentioribus Apostolicis armati: nec (propter exceptionem & provocationem ad arma Scripturarum, quæ sufficiant ad inferendam hæresi plagam letalem) illis tenentur Catholicī: quin potius, ubi contra Catholicos ab Hæreticis usurpantur, Hæretici. Si (9) in Scripturis, nefarius hereticorum error, etiam ante advocates in Consilium Patrum, clarissimâ sententiarum perspicuitate convincitur. Si denique (10) dantur multa obscura Patrum & involutiū edita, quæ pro ipsâ sui obscuritate captare possint novi Dogmatiste, & inde suis hæresibus veterum Patrum patrocinium obtendere. Si Patres extra respectum ad hæreses, quæ vel non præviderunt, vel extinctas jam, non amplius timuerunt, securius & indistinctè sepè sunt locuti. Si in S. Patrum inutilibus reperiuntur sepè sententia tam dubia, tam scrupulosa, & qua sibi invicem videntur contraria, ut non saltēm, qui intentione contemnendi congregant illas, materiam in eis inveniant errandi: sed & qui exinde astraruere velint fidem Catholicam, non facile se queant inde expedire (quæ Confessio est Sinnichii in Goliath. c. 43.) postulatum sanè fuerit impudens & prodigiosum: præter Scripturas, aliam regulam dogmarum credendorum & agendorum, ipsorumq; Scriptura sensuum agnoscendam, poscere, & Scripturas velut ambiguas, obscuras, Clavi traditionis, velut evidenter & luculentiori, ipsisq; adeo Patribus Catholicis velut traditionis illius & sensus Scripturarum celestibus Notariis vel Archivariis submittere. Neque postulatum illud admiserit unquam vel Augustinus, vel in Consilio suo optime Cyprianus, jubens reverti ad fontem.

## VIII.

Mirum autem, per qvod Consilium Cypriani nos Pa-pismum, qvoad *Cananem Tridentinum de Traditionibus* vehemen-ter oppugnamus, & qvidem ita, ut non potuerint non ipso-rum Pontificiorum Eximii *Causam & Consilium* hoc Cypriani pariter habere, sed & Anabaptismum Cypriani praxi *Consilii* imputare, per illud, contra Nos autoritatem Traditionum Canoni præsumere conatos qvosdam Dd. Pontificios, & cum in *Gulielmo Lindano*, ad Consilium hoc Cypriani exclaman-te : *Auditis saluberrimam non scriptæ traditionis autoritatem!* gra-viter jam olim notasset M. Chemnitius in *Exam. Concil. Trid. de I. gen. trad.* *Lindanum sceleratè præterire*, qvod in eadem Epistolâ extat, *Pontificios sine candore imò fraudulenter citare & tractare antiqvitatis testimonia*, pro stabiliendis suis commentitiis traditionibus, ad quas decurqueant, quicquid sive in *Scripturis sive Patribus* inventante sub titulo traditionis : non defuturam justè indignationi honestam Oratio-nem, si *Pontificiorum illud artificium libereret suis depingere coloribus*, cuius nunc sibi satis sit *extremas lineas monstrasse*, eàdem ex Cy-priano armaturâ instructum paribusq; dolis atq; arte Pelasgâ non processisse saltem nuper *Sinnichum Theologum Lovenensem*: sed & exinde præsumere ausum efficacissimum & compendiosum pro curandâ Germaniâ heresi laborante remedium, ad qvod, in edito *Goliathismo c. 19.* propositum, ipse compendiariæ curationis Autor & Admirator exclamat c. 20. *Ecce quid Confessionis sug-gesturus fuissim, si per me remedium suo morbo curando, & Germanico diffidio terminando assignari posuissent!* Ne tamen spei de se vide-retur immodicus, addit: *Remedium illud à Patribus: se tantum indicem.* Admittimus remedium, velut opimum, & sine dubia-zione faciendum. Atq; utinam, per illud ex Cypriano re-me-dium curaturus Germaniam, non processisset ad Germaniæ curam, nisi seipso prius per illud Cypriani Consilium pul-chrè curato, ipsoq; Cypriano vel rectè intellecto, vel non con-tra

tra

## EX CONSILIO CYPRIANI.

tra conscientiam applicato, ne jure sibi acclamari vetus illud exaudire cogeretur: IAT P E ~~Regis~~ ~~Docto~~ ~~or et av~~ i.e. MEDICE CURA TEIPSUM! Luc. 4, 23. Sed juvat videre, an *remedium* illud in sensu Sinnichii sit à *Patribus*, & ille *candidus Index*?

### IX.

Disputatum inter Stephanum Episcopum Romanum, & Africanos Episcopos, in primis Cyprianum, de *Baptismo*, an ille penes *solas Catholicos*, an *etiam penes quosdam Hereticos*? Fuit causa Stephani melior causâ Cypriani. Erravit hic in *Anabaptismo* premisso: erravit eundem ex Scripturis probare conando, & contrarium s. dogma de non rebaptizando, sed simplius admittendo per solam *Xenodochia*, ex Scripturis probari non posse, statuendo. Sed non erravit in propositione, qvæ talis fuit: *Omnis Evangelica & Apostolica traditio querenda est in Evangeliis, Aliis Apostolicis, aut Epistolis, & ex his omnes consuetudines & traditiones non scriptæ sunt affirmande vel examinanda, & proinde, quæcunque traditio vel consuetudo ex his libris N. T. non probatur, non obligat.* Coeterum de *Causa Cypriani* jam non agitur: sed de *Consilio*, unde Confessionistis Germaniæ Medicamentum paravit Sinnichius. Scripsérat Stephanus contra sententiam Cypriani de *Hæreticorum baptismo*, de quo scripto querenti Pompejo Epist. 74. respondit Cyprianus, &, Augustini judicio, irritatus in Stephanum, quādam effudit, comotoriū, fraternè ramen, indignatus, imputans Stephano, quod hæreticorum causam contra Christianos & Ecclesiam Dei afferere conetur, quod scripsérat superba, ad rem non pertinens, sibi ipse contraria, quod imperitè, impavidè. Mirum, non objecisse aliquem pro Stephano sanctiore longè Pontificulis propiorum temporum Episcopo Romano Zelotam, ad dito etiam *pantegnathū*, id, quod ille pro Caiphâ Zelota Joh. 18. v. 22. *Siccine respondes summo Sacerdoti!* Coeterum apparet inde, infallibilitatem illam Cathedræ Romanae, propter qvam & denuntiatam hæresin ac Atheismum Jesuitarum Valerianus Magnus extremæ unctioni proximus ex Carce-

## DE CANALI TRADITIONUM

re Viennensi causam dicere nuper est jussus, non magis tunc agnitam à Cypriano: quām ante paucos annos occasione belli Jansenistarum & bullæ Innoc. X. à Mechlinensi Archiepiscopo.

X.

Inter STEPHANUM adeò & CYPRIANUM, occasione dogmatis de Anabaptismo, itum ad quæstionem de Traditione. Objecerat Stephanus: Nibil innotetur, nisi id quod tradidimus. Respondit Cyprianus: Unde ista traditio? Utrumque de Dominica & Evangelica autoritate descendens? an de Apostolorum mandatis atque Epistolis veniens? Ea enim facienda esse, quæ scripta sunt, Deus testatur ad Iesum Nave dicens: non recedet liber legis ex ore tuo. Si ergo aut EVANGELIO præcipitur, aut in Apostolorum EPISTOLIS VEL ACTIBUS continetur, uti à quacunque heresi venientes non baptizeniur: sed tantum manus illis impunior in paenitentiam, obserueretur divina hac & sancta traditio. Ita prouâ Regulâ scriptâ Confessor Cyprianus, non aliam agnoscit traditionem Apostolicam, quām, quæ continetur in Scripturis Apostolicis, ad quam traditionem, vult examinari omnes reliquas sive Consuetudines, sive Traditiones, & tantum habere Valoris, quantum habent cum illis Consonantiae. Sed audiatur amplius Confessor Cyprianus ex Epistolâ ad Pompejum n. 74. Ita ille: Consuetudo sine VERITATE venias erroris sc̄. Propter quod reliquo errore sequamur VERITATEM, quam nobis in EVANGELIO Christus ostendens, dicit: EGO SUM VERITAS. Consilium insigne, quod utinam admitterent Pontificii adeò de CONSuetUDINE clamosi. Nēque projicit Cyprianus omnem Consuetudinem, sed præfert illi Veritatem, & quidem illam quæ est in Scripturis Evangelicis, sine quâ si sit, ipsa Consuetudo non nisi inveteratus error fu, clamante DOMINO JESU, non: EGO SUM CONSuetudo: sed: EGO SUM VERITAS. Sed juvat coetera quoq; Cypriani audire, an in illis quicquam sit pro Lindanis vel Simmibus Germaniam per Canonem Traditionum

EX CONSILIO CYPRIANI. 13

onum curaturis? In Compendio (pergit ille) & apud religiosas & simplices, mentes & errorem deponere & invenire ac eruere veritatem. Nam si ad DIVINÆ traditionis CAPUT ET ORIGINEM revertamur, cessat error humanus, & Sacramentorum cœlestium ratione perspectâ, quiequid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebas, in lucem veritatis aperiuntur. Ita Cyprianus. Compendium adeò deponendi errorem, & inveniendi veritatem, Cypriani judicio, fuerit reverii ad divine traditionis CAPUT ET ORIGINEM s. prout supra loquebatur, Dominicam & Evangelicam autoritatem, quæ Evangelio, Apostolorum Epistolis & Actibus continetur, ex quo fonte s. Capite si descendat traditio, omnino illam pro divinâ & sanctâ habendam ac observandam. Nec aliud voluisse Cyprianum in Consilio de pergendo ad fontem, quod immediate subiecit, ex collatione superiorum & sequentium verborum Cypriani constat: si inquit, canalis aquam dicens, qui prius copioè & larguer profuebat, subiù deficiat, nonne AD FONTEM pergitur, ut illuc defectionis ratio noscatur? utrumne aresentibus venis in Capite unda siccaverit? an vero integra inde & pleno itinere decurrens in medio itinere desiderie? Ille si viuio bibuli aut interrupui Canalis effidum est, quod minus aqua continua perseveranter ac jugiter fluere, reseco ac confirmato Canali, ad usum atque ad potum civitatis, collecta aqua eadem ubertate ac integritate repræsentetur, quâ de fene proficitur. Quod & nunc facere oportet Dei Sacerdotes precepta divina servantes, si in aliquo nutaverit & vacillaverit Veritas, ad Originem Dominicam & Evangelicam & Traditionem revertamur Apostolicam.

XI.

Ex integro hoc Cypriani consilio constat: pro Traditionibus s. Confessitudibus non scriptis pugnavisse Stephanum pro Traditionibus Apostolicis ex fonte Scripturarum deducitis ipsisq; adeò Originibus scriptis Evangelicis, in consilio, non sine gloriâ militavisse Cyprianum: facere & non ignorasse quidem hunc, Canalem Traditionis pro Stephano & Romanis: coeterum, hunc ipsum Canalem agnoscere

vuisse

B 3

visse velut interruptum & bibulum, & ad usum atque potum Civitatis Dei, ex ipso fonte reficiendum ac reparandum, ac, licet non ritè id fecerit quod habebat consilium, facere tamen conatum esse, & qui Stephano pro traditionibus militanti origines verarū traditionum Evangelicas & Apostolicas scriptas opposuerat, ex his quoque dogma controversum tunc, aestimari & definiiri, ipsamq; consuetudinem R. Ecclesiae censeri voluisse: quam si, prout ipse in aureo consilio præscriperat, rectè in ipso Capite s. FONTE, velut Apostolicis Scripturis consonantem observasset, & post hanc consonantiam, *Canalem inde in sua tempora deductū in Eccles. veteri Romanā, de non rebaptizando, agnovisset, jam pulcherrimo consilio satisfecisset, nec rebaptizaturus promiscue fuisset.* Coeterum in applicatione sanctissimi consilii sanctus Martyr succubuit, dum, quod recte, & ex Scripturis probandum judicavit, & inde probare quoque laboravit (nec enim adeò immemor sui fuit Cyprianus, ut alius fuerit in consilio, aliis in exemplo) non bona satis inde fide probavit. XII.

Neque vero, quod ex Scripturis non agnovit non rebaptizandos, probat necessitatem reuerringi ad Canalem traditionis, ita ut nisi extra hunc fuisset, agnoscere potuerit, quod non agnovit, & agnoscere ex solis Scripturis usque adeò non potuerit Cyprianus, ut contrarium potius inde præsumserit. At sane & agnoscere id inde potuit, & agnovit Augustinus: quin ex solis etiam Scripturis de controversia illius Anabaptismi, & jure non rebaptizandi satis superq; pronunciavit. Licet enim, si de facto queratur, & exemplo imitabili, concesserit Augustinus: *Apostolos nihil in hoc casu differere præcepisse, consuetudinem tamen illam, quam universa semper cenuerit Ecclesia, & qua ab Apostolorum traditione exordium sumisse recte credatur, Cypriano oppositam esse: de jure tamen ipso, si queratur, & a priori, utique & Anabaptistum Cypriani meliori fide solis Scripturarum armis oppugnat,*

vit,

vit, & Thesin Catholicam de non rebaptizandis, paribus armis strenue propugnavit. Ex Scripturis evincit Augustinus dependenciam & efficaciam Sacramenti sacramentalem non à ministri dani dignitate: sed ab institutione, & Servatoris instituentis Virtute. Urget locum 1. Cor. 3, s. 6. 7. Et Christus, inquit, semper justificat impium, semper est origo regeneratorum, & caput Ecclesia, sine à fidelis, sive à perfido dispensatore Sacramentum baptismi quoque percipiat. Urget absurdum conseqvens incertitudinis: quia sc. incerta est conscientia abluentis, foret semper incerta mundatio accipientis. At unusquisque baptizatus certus esse debet de suo baptismo. Sapè, inquit, ignota mihi est humana conscientia: sed certus sum de Dei misericordia. vid. Aug. l. i. cont. lit. Petil. c. 5. & 6. & 1.2. c. 3. Concludit inde contra Cyprianum, & per Cyprianum contra Donatistas: suppositis essentialibus baptismi, non rebaptizandos sive baptizatos ab Hæreticis foris, sive à malignis & invidis domesticis. Quidam, si rebaptizandi baptizati ab hæreticis foris, rebaptizandos, etiam baptizatos ab impuris, & ab hæreticis latentibus intus. Sed non hic, quod concedebat Cyprianus: E. nec illi: Subjungit superioribus hæc clarissima: *Contra Mandatum DOMINI esse, quod venientes ab hæreticis, si jam illuc baptismum Christi acceperunt, baptizantur, SCRIPTRARUM S. testimonis ostenditur: neque id solum: sed et multos Pseudo-Christianos habere baptismum communem cum sanctis.* Vid. Aug. l. 5. de bapt. cont. Donatistas. Urget exemplum Iudei efficaciter baptizantis Joh. 4,2. Urget locum ex Act. 17, 23. unde concludit: Prout exira Ecclesiam est, & colitur Deus (etiam ignorantè) ita etiam exira Ecclesiam habetur unus baptismus (etsi non salubriter illum accipit Hæreticus). Urget analogiam circumcisio[n]is & baptismi ex Coloss. c. 2, ii. 12. & exemplum ex Samaritano facti Proselytu, qui apud Samaritanos circumcisus, non denuò justè circumcidetur apud Iudeos. Urget universalem sententiam Apostoli: *Quovadis in Christum baptizari es tu?* (sine discretione ministrantis)

tis) Chriſtum induiſtis (etſi non omnes usqve ad vitæ ſanctificationem, tamen omnes usqve ad Sacramenti perceptionem) Urget dictum Servatoris : Qui ſemel loens eſc̄, non opus habet ampliori lioniōe Joh. 13, 10. Item : Hereticus non ſuo baptiſmo baptizat. Eſi ius baptiſti andi non habuit, tamen Chriſti eſc̄, quod dedit, & ille Chriſti eſc̄, qui accepit. Vid. idem l. 3. cont. lit. Petil. l. 1. cont. Crescon. Gram. c. 29. 31. l. 5. de Bapt. cont. Donat. c. 24. 25. Atqve ita, legitimato juxta consilium ſuperius Cypriani, do- gmate de non rebaptiſando, pulcherrimè jam ſubjicit l. 5. de Bapt. cont. Donat. decantatam conſe udinem univerſae Eccleſia jam inde à temporibus Apoſtolorum : & tamen hanc conſuetudinem quoque univerſe Eccleſia reſolvit in Scripturas Canonicas. Quanvi, inquit, hujus rei ſi, facti certè de Scripturis non proferatur exemplum, earundem tamen Scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur Veritas, cum id facimus, quod univerſa placuit Eccleſia, quam ipsarum Scriptu- riarum commendat autoritas, ut, quamnam ſancta Scriptura fallere non po- teſt, quisquis falli metuit hujus obſcuritate quaſtionis, eandem Eccleſiam de illâ conſularat, quam ſinē ullā ambiguitate S. Scriptura demonſtrat. Scilicet, de facto ſi qværatur, putavit Auguſtinus, non tam ex Scripturis : quam Traditione Catholica ſi illo, quod ubique, quod ſemper obſervatum fuji, agendum eſſe, & huic ipſi traditioni ro- bur à Scripturis commandantibus Eccleſiae universalis au- toritatem accedere, & vel debere ipſos, qui ſub Cypriani no- mine militant, pro Anabapiſmo ex Scripturis exemplum talis de heretiſ venientiſ & rebaptiſati proferre, vel, ſi id non poſſint, nec à nobis exemplum talis ſimpliſter admiſſi poſtulare: ſed ad mi- nimum parem qvoad hoc punctum cauſam agnoscere. Profer, inquit, aliquem de Scripturis Canonicas, quarum nobis eſc̄ communis autoritas, ab hereticis venientem denuò baptiſatum: & paulo poſt: Ab hereticis venientem probare in Scripturis Canonicas denuò baptiſatum. Proinde, quia nec vos proferre potheſtis rebaptiſatum, nec nos iuia ſuceptum, quantum ad hanc rem attinet, par nobis cauſa eſc̄.

Negare

## EX CONSILIO CYPRIANI.

17

Negare tamen haut licet, etiam hic pro Catholicū argumen-  
tum dari posse ex Scripturis. Qvis dubitet baptizatos etiam  
fotis à Pseudoapostolis? At hi erant hæretici revelati 2. Cor. II. v.  
3.4.13.14.15.18.19. Nec tamen illi ab Apostolis sunt rebaptizati.  
Qvin illo ipso, quod non memorar, ullibi venientes ab hære-  
ticis rebaptizari, intelliguntur sine novo baptismō simpliter ad-  
missi, postquam constat ex Testimonio divino etiam negativè  
firmiter licitum argumentari. Nec poterant memorari,  
qui non sunt rebaptizati: fuissent autem memorandi, si re-  
baptizati. Concludimus: Error Cypriani probare conati per Scri-  
pturas Anabaptismum, non imputandus est consilio Cypriani  
superius explicato, nec per illum sive huic periculum, sive  
intelligentiæ hujus de Scripturis præjudicium. Non erra-  
visse Cyprianum in Consilio, qvin hoc ipsum esse optimum, sine  
dubitacione faciendum, remedium efficacissimum post Augustinum  
recte Lindanus & Sinnichius agnoverunt: consilium autem il-  
lud non à Scripturis ad Clavim traditionis avocasse: sed ad ipsum  
Caput & originem verarum traditionum, in Scripturis dandam re-  
vocasse, ex collatione Disputationum Stephani & Cypriani, ex  
clarissimis Consilii Cypriani verbis, adeò constat, ut per evi-  
dentiam nimiam nec probare, nec sine delirii notā negare  
liceat. Idq; ex ipsis Pontificiis agnoverint Pamelius & Tan-  
nerus. Optimum ergo, ad illas origines Evangelicas s. Scri-  
pturas cuncta revocare, & inde Canalem sive deducere, sive  
deductum vitiatumq; reficere vel redinstaure. Neque alia  
intentio Cypriani: et si defecit in pulcherrimi Consilii ex-  
ecutione, quam tamen, ne Scripturis imputaretur, quod ex  
his non satis bonâ fide Cyprianus deducit, meliore praxi cor-  
rexit magnus Augustinus, rectius Cypriano intelligens, in  
ipso fonte fundatum dogma de non rebaptizendo, nec adeò à parte  
Stephani reficiendum Canalem, qui non defecerat: sed à parte  
Cypriani, qvi qvia in fonte erraverat, non poterat non errare  
qvoq; in Canali.

C

XIII. Ad-

DE CANALI TRADITIONUM  
XIII.

Admittit ergo consilium Cypriani satis jam revelatum magnus Augustinus, immo cum Cypriano recurrit ad fontem si Apostolicam traditionem. An autem ad traditionem non scriptam si nullis Scripturis Propheticis & Apostolicis contentam, pariter tamen pietatis & reverentie affectu suscipiendam? Hoc vero ipsa sententiarum Cypriani & Augustini comparatio loco allegato clarissime confutabit. Videamus, ad quem recurrent fontem. Urget Cyprianus traditionem Apostolicam de uno Deo, uno Christo, una spe, una fide, una Ecclesiam & uno baptismate Ephes. 4, 5. Admittit Augustinus fontem, & inde deducit contra dogma Cypriani canalem. Si temporibus Apostolorum pertuerunt esse, quibus erat unum baptismata, nec tamen spes una. E. nunc quoque fieri potest, ut habeant unum baptismata, qui non Ecclesiam unam. Sed. E. Minorem probat ex I. cor. 1, 13, c. 15, 12. 32. 34. Objicit Cyprianus tria inseparabilia, Ecclesiam, Spiritum, Baptisma. Respondet Augustinus per instantiam variorum non habentium Spiritum, tamen verum Baptismum. Objicit Cyprianus: Haeresis Christi Sponsa non est. E. Non potest generare Filios Dei. Respondet Augustinus: E. Nec turba illa malorum intus constituta potest, quia nec ipsa Christi Sponsa est. E. aus non omnes baptizari filii sunt Dei, aus potest etiam non Sponsa generare Filios Dei. Recurrit ad fontem Cyprianus: allegans pro suo dogmate illa ex Cantico cap. 4, 12. praeconia, de Horto concluso, fonte signato, pureo aqua viva. Recurrit ad eundem Augustinus: Hoc, inquit, intelligere non audeo, nisi in sanctis & Iustis. Unde infert Augustinus: Si propriea non habent baptismum qui sunt foris s. extra Ecclesiam (baptizati ab haereticis) E. nec indigni, qui sunt intus e. c. avari, ebriosi, invidi: vel si hi possunt cum iustis habere baptismum communem, cum quibus tamen non habent communem charitatem (quod concessit Cyprianus) E. & illi. Urget ex eodem Cantico c. 2, 2. & concludit: Titulos illos competere Ecclesiae in quan-

in quantum est lumen, scilicet resp. iustorum & sanctorum praedestinatiorum soli Deo notorum. Allegat ad Rom. 2, 29. Ps. 45, 14. 2. Tim. 2, v. 19. non resp. multitudinis spinarum sive oculis sive apertis separationibus forinsecus adjacentium. Ponit ibidem Augustinus 3. classes illorum, ex quibus constat ille Hortus conclusus, & ita inter haec distribuit Munera divinitus concessa, ut quædam sint propria, scilicet infatigabilis charitas & vita æterna: quædam communia, sicut omnia cœtera, in quibus sunt etiam sacrae sancta mysteria. Objecerat Cyprianus Arcam Noë, probaturus baptismum non esse nisi illorum, qui sunt intra arcam scilicet Ecclesiam, ex 1. Pet. 3. v. 20. 21. Recurrit ad eundem fontem Augustinus, & exinde deducit Canalem contra Anabaptismum ab hereticis baptizatorum, vel certè ostendit, Cyprianum conatum saltem ex hoc loco probare: sed non probavisse. Opponit Cypriano homines in unitate Catholicæ baptizatos, qui seculo sois verbis, non factis renunciant, qui sancto baptismate male utentes, cum videantur esse intus, usque ad finem vita in flagitiosis & perdiuis moribus perseverant, in quibus non est conscientia bona interrogatio. Si isti pertinent ad hujus arcæ mysterium & salvi fiunt per aquam. E. nec excludendi ab arcæ unitate, qui cum eo baptizante, quod in heresi acceperunt, similiter admittuntur in Ecclesiam. Opponit hic Cypriano responsum, quod in Epist. ad Jubajanum dederat de his, qui in præterium de heresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo sine admissi (vid. 1, 2. cont. Crescon. c. 33. & 1, 5. de B. cont. Don. c. 28.) & infert: Si non per aquam, quomodo in arcâ? Si non in arcâ, quomodo in Ecclesiâ? Si autem in Ecclesiâ, utique in arcâ: & si in arcâ, utique per aquam. Potest ergo fieri, ut quidam foris baptizati, per Dei præscientiam verius intus baptizati deputentur, quia illis eis aqua incipit prodeesse ad salutem (Nec enim aliter dici possunt salvi facti, in arcâ, nisi per aquam) & rursus, quidam qui videbantur intus baptizati, per eandem præscientiam Dei foris baptizati verius deputentur. Certè manifestum est id quod dicitur in Ecclesiâ

intus & foris, in corde, non in corpore cogitandum, quandoq; videm omnes qui corde sunt intus in arcæ unitate, per eandem aquam salvi sunt, per quam omnes qui corde sunt foris, sive etiam corpore foris sunt, sive non sunt, tanquam unitatis adversarii moriuntur. Sicut ergo non alia: sed eadem aqua in arcæ positos salvos fecit, & extra arcam positos intermit: sic non alio: sed eodem baptismo, & boni Catholicæ salvi sunt, & malorum Catholicæ, vel heretici perirent. Intelligent jam, quanum exigitissimum, etiam corde tardiores: baptismum Christi nullâ perveritate hominis, sive dantis, sive accipientis posse violari. Ita l. 5. de Bapt. cont. Don, à c. 26. ad fin. & l. 6. c. i. Augustinus de consilio Cypriani pulcherrimo, quod quomodo non pro traditionibus vel clavi traditionis velut regulâ dogmatum & sensuum Scripturæ Papisticâ: sed pro solâ majestate & autoritate Scripturarum pronunciet, singula superioris collationis Cypriani & Augustini, clamant.

## XIV.

Apparet ex superiori collatione Augustini, quâ fide Jesuitæ collocutores Ratisbonenses inter exempla articulorum, qui credantur ex traditione velut regulâ Scripturæ collateraliter, & vè necessaria, qualia 1. Dogma de Sacramento fœmellarum purgandarum à peccato originis in V. T. 2. De remedio purgandorum masculorum ante 3. diem mortuorum. 3. Justificatione genium in V. T. 4. De Existentiâ & destructione librorum Canonitorum à Pseudocanonie. 5. Perpetuâ Mariæ Virginitate. 6. Die Paschali Dominico. 7. Paedobaptismo. 8. Tempore revelandi Anii Christi, collocaverint Dogma de baptizatis ab hereticis non rebaptizandis, ad quæ cum responsio facilis, sc. ad 1. & 2. Sacramentum circumcisioñis fuisse masculinum, octavo die circumscripsum, & adeò non saltem non obligasse fœmellas, & masculos intra septendium mortuos: sed & non fuisse aliud pro talibus infantibus visibile Sacramentum: ad 6. & 8. committi ignorationem Elenchi, cum quæstio inter nos & Pontificios non sit, de Ceremoniis adiaphoris, vel ritibus, vel circumstantiis quibuslibet; sed de articulis fidei seu dogmatibus ad salu-

item n.

tem necessariis : cœtera omnia solis euam Scripturis clarissime sive per expressam literam, sive per evidenter facilemq; consequentiam decidi, Tannerus tamen pro exemplo præsentis Cyprianum in primis objecit, qui non solum ex Scripturis, seposita traditione Ecclesiae evidenter colligere non potuerit, quod baptizati ab hereticis sine rebaptizandi: sed & seposita & repudiatâ traditione Ecclesiae contrarium col legerit , post quem adeò tantæ doctrinæ, quantæ sanctitatis Martyrem, nemo tale dogma ex solis Scripturis evidenter deducere præsumserit, quod nec ipse fuerit ausus Augustinus. Mira sanè illatio : AUGUSTINUS in quæstione de Anabaptismo Cypriano etiam praxim Ecclesiæ Catholice opposuit. E. ex solis Scripturis dogma de non rebaptizando probare non potuit. Sed nec agnoverit magnus Augustinus vim consequentia Jesuiticæ à negatione cognitioonis Cypriani ad negationem universalem cognoscibili tatis, sc. Cyprianus, ex solis Scripturis, non cognovit non rebaptizandos. E. nec Cyprianus, nec Augustinus, nec quicquam alius ex solis Scripturis illud unquam cognoscere vel potuit, vel poterit, &, si quis tale quid præsumserit, arrogantia crimen sustinebit. Non agnoverit arrogantem se Augustinus, in quæstione de Jure Anabapti smi (alia enim ratio quæstionis de fædo) baptizatorum ab hereticis substantiam baptismi non convellentibus, ex Scripturis solis per tota argumenta pronuncians, &, confirmato jam ex Scripturis deginati pulcherrimè consonantem praxin Ecclesiæ Catholice subordinans (ita tamen, ut hæc ipsa praxis in argumenio juris à posteriori legitimetur ex Scripturis) Quid illud ipsum dogma de Sacramento integraliter indépendente à dignitate sive dantis, sive accipientis ex ipsis Scripturis Roman. 3, 3. Matth. 23, 2. Exod. 4, 24. 25. & probare facile est, & probavit Augustinus , ac Augustini argumento de sequelâ dubitationis vel incertitudinis, Hunnius, per quod in Collo quio Ratisbonensi , publicatus est Syncretismus Papistico Donatisticus sc. ad baptismum requiri intentionem baptizantis , de qua

## DE CANALI TRADITIONUM

cum nemo certi quicquam statuere possit, proinde nemini certò & evidenter ac infallibiliter constare posse, an verè sit baptizatus, nec ne; posse tamen illud scire moraliter: & cum huic morali, non certæ, non infallibili scientiæ, à nostris oppositum esset: N. Christianum dubitare debere de Dei promissione. E. debere etiam certò & infallibiliter scire, ac credere se baptizatum: qvin. CHRISTIANUM debere infallibiliter certum esse se fore salvum. E. etiam debere infallibiliter credere se baptizatum, tandemq; repetitū ab Hunnio argumentum Heilbrunneri: Scriptura vuli ut de sui baptismi veritate & efficaciâ quisq; sic certus evidenter. E. baptismi veritas & efficacia non dependet à fide baptizantis, & porrò E. ex Scriptura probatur baptizatos ab hereticis, (essentialia baptismi tenentibus) verè & efficaciter esset baptizatus, nec adeò rebaptizandos, additumq; qvod proprius ad scopum, exemplum Zipporæ infidelis, circumcisionis tamen Sacramentum verè, & ita ut coram Deo rata esset, peragentis, Tannerus per vana respondendi simulacula, & desperata verborum inanum, & circulorum absurdissimorum portenta: 1. Posse aliquem esse certum de veritate & efficaciâ sui baptismi, quantum est ex parte baptismi, non verò posse certum esse de suo baptismō quantum ad defectum baptizantis: quia nemo potest evidenter scire se efficaciter baptizatum esse, nisi certus sit de intentione baptizantis. 2. A circumcisione ad Baptismum, & adeò ab infideli circumcidente ad hereticum baptizantem non valere consequentiam (qvam tamen jam supra agnovit Augustinus, ex Coloss. 2, ii.) se causâ cecidisse, toti orbi publicavit: & instanti Hunnio præter illud: qvater auditum, NEGOTIANTIA, nil reponere potuit, ut meritò ad protocollum notari poposcerit Hunnius: qvod JESUITA nihil ad argumentum responderit, nec respondere potuerit, & Jesuitæ propriâ suo ordini impudentiâ proclamanti: ITA PLANE DILIGENTER NOTETUR, iterum Hunnius responderit: NON POTEST IN ÆTERNUM PROBARE. Atque ita in hoc Colloqvio, Scripturæ in arguento de Anabaptismo Cypriani Majesta-

Majestatem indivisibilem à Jesuitis divisam lèsamq; vindicarunt vid. Sess. XII. à pag. 263. ad 269..

## XV.

Sed & Theologici processus & temperamenti simul γνώσεως (qvæ sine charitate inflat) & ἀγάπης (qvæ conjuncta cum γνώσει edificat) præbuit in collatione superiori de Cypriano, magnus Augustinus. In Cyprianum, et si errantem, vix unquam commotius indignatus, perquisivit potius argumenta pro Cypriano sive excusando, sive, qvoad duriora, ex mitioribus emolliendo, ut tantum Martyrem, cætera Catholicum, servaret Ecclesiæ, & eriperet Donatistis, qvale, qvod in Epistolâ ad Jubajanum, ad questionem sibi motam: *Quid ergo fiat de his, qui in præteritum de hæresi ad Ecclesiam venientes sine baptismo admitti sunt?* respondit Cyprianus: *Potesce Dominus misericordiâ suâ indulgentiam dare, & eos, qui ad Ecclesiam simpliciter admitti, in Ecclesiâ dormierunt, ab Ecclesiâ sua muneribus non separare.* Addit Augustinus l. 2. contr. Cresc. cap. 23. *Hæc consuetudo Ecclesiæ fuit ante Consilium Cypriani: hæc superari & auferri non potuit nec Consilio Cypriani.* Laudat ibidem Cyprianum Augustinus, qvod maximus fuerit estimator Unitatis Corporis Christi, qvod Ecclesiam in Scripturis sanctis promissam, in universo mundo redditam dilexerit, tenuerit, commendaverit, quam perdit Schismati vel hæretici velut à malis se discernere ac separare cupientes, seditionibus impis reliquerint, quod, quoniam Zizania in Ecclesiâ viderit, propter illa de Ecclesia non recesserit: sed ut frumentum purum esset, tantummodo laboraverit. Hæc in Donatistas, omnesq; perditos Schismaticos & Hæreticos accurate convenire, tam nemo negaverit, quam negaverit Ecclesiis Augustanam confessionem professis tale crimen Apostasiæ vel Schismatis jure imputari. Utinam Cornelios & Stephanos tales habuissent Secula posteriora. Non abivisset in Schisma occidens ab oriente seculo X. vel XI. nec Occidens ab occidente seculo XVI. Non agnoverunt Augustæ Confessores Apostoli

siam.

DE CANALI TRADITIONUM  
 siam quendam suam sive ab Ecclesiâ Catholicâ, sive à Romanâ, qua-  
 tenus hæc ex Scriptoribus est nota. Perseveramus adhuc in Catho-  
 licâ & veteri Romanâ, nec agnoscimus hic vel à corpore Solis a-  
 vulsum radium, vel ab arbore ramum, vel à fonte præcissum rivotum. Quid  
 & in ipsâ novissimâ Romanâ partem meliorem omnium de gratia  
**CHRISTI** iustificante & sanctificante, eadem fidei, confessionis, chari-  
 tatis communione, et si non alicubi sine stipulis, nobiscum com-  
 municantium, & in simplicitate cordis Dominum quærensum, no-  
 stram æstimamus: neq; in ullo articulo Symbolico ab Eccle-  
 siâ sive Catholicâ sive veteri Romanâ dissentimus. Non exivimus  
 à Catholicis, immo ne quidem Ecclesiâ Romanâ posteriore quo ad  
 illa, quæ tenet adhuc Catholicas: sed quo ad illa, quæ illi, pro-  
 ut pulcherrimo olim corpori adnata tubera, ipsaq; adeò cu-  
 riâ potius, quam Ecclesiâ Romanâ. Exivimus, non ut Do-  
 natistæ à Catholicis: sed ut Catholicæ ab Hæreticis, & pro-  
 ut illi, quibus talis imperatur emigratio 2. Cor. 6, 17. 1. Tim.  
 6. v. 5. 14. Hos. 4, 15. Exivit Curia novissimè in Lateranensi,  
 & consumato Schismate in Tridentino, Conciliis veritate hor-  
 rendis anathematismis abjurata, damnataq;. Quid opus  
 erat ad humiles initio Elenchos venialium illarum & ve-  
 nialium tesserarum ipsis Pontificiorum generosioribus inte-  
 stabilium, ita in pauperculum Augustinianum, ordinis sui te-  
 nacem, frustra habitâ, quæ ad Concilium: sed liberum &  
 Christianum, indicente Cæsare vel ipso etiam Pontifice, in-  
 terposita erat, appellatione, senvire Leones per anathema-  
 rum fulmina? Fuerint Zizania per Lutherum seminata, prout  
 olim per Cyprianum: non propter Paleas & Zizania abeun-  
 dum erat in Schisma. Seissa jam olim foret Ecclesia, si in  
 pares Pontifices incidisset etas Cypriani, in quales etas Lutheri.  
 Vehementer aliquando in Cornelium & Stephanum Romanum in-  
 vectus est errans Cyprianus. Errorem non correxit. Africanam  
 Synodum Romanis opposuit, & tamen nec ab Ecclesiâ exivisse est  
 habitus,

## EX CONSILIO CYPRIANI.

25

habitus, nec ullâ severiore censurâ separatus. Lutherus, in causâ notoriè bona, in ipsis statim initiiis, Zelota adhuc Pontificius, nec propter Paleas & Zizania ingentia, qvorum partem ternebat in Ecclesiâ Pontificiâ, de hâc errante recessurus, propter indulgeniarum ipsarumq; animarum fediſſimas & triobulares nundinas in æneæ frontis Institore Tecelio reprehensas, Hæreticus est proclaimatus, &, anteqvam se ipſe separaret ab Ecclesiâ Pontificiâ, separatus. Separatus deinceps ab hâc, neqvaquam autem à Catholicâ vel veteri Rom. Ecclesiâ: separatus à Zizaniis: sed non à frumento: separatus à vasis dedecoris: sed non à magnâ domo.

## XVI.

Atqve utinam facerent Pontificii, qvod svadet consilium Cypriani. Utinam qvi *Consuetudines & Traditiones* suas nobis objiciunt, dispicent, unde istæ traditiones? Utrumque de Dominicâ & Evangelicâ autoritate descendentes, & de Apostolorum mandatis atque Epistolis venientes! Utinam dicerent, qvod Cyprianus: *Ea tantum facienda sunt, quæ scripta sunt!* Utinam non haberent pro diuinâ & sanctâ traditione, nisi qvod aut *Evangelio præcipitur,* aut in *Apostolorum Epistolis vel Actibus continetur,* & his demum legitimatis, dicerent id qvod Cyprianus: *Divina bæc & sanctæ traditio OBSERVETUR!* Utinam agnoscerent, qvod habet Cyprianus: *Consuetudinem sine veritate vetustatem erroris esse!* Utinam relicto errore sequerensur veritatem, offendente illam in *Evangeliis Christi,* qui clamat: *EGO SUM VERITAS!* Utinam reverenter ad diuinæ traditionis caput & originem s. Dominicam & Evangelicam autoritatem, ipsasq; adeò Scripturas, ad quas solas, si Dominicam velimus traditionem servare, semper redeundum essemus, monente Cypr. vid. etiam Ep. ad Cæcil. Sic jam cessaret error humanus! Deficiente Canalib[us] largiter antea profluente, causa defectus, iudicio Cypriani, vel in fonte, vel in medio iunere, & si non in fonte,

D

certe

certè in itinere. Pergendum ergò ad fontem, ut ibi defecionis ratiō  
 noscatur, & si non in ipso capite venis arescentibus siccaverit  
 unda: sed integra inde & pleno alveo decurrens in medio  
 itinere destiterit, agnoscatur CANALIS VITIATUS, IN-  
 TERRUPTUS, BIBULUS, & REFICIATUR AC CONFIR-  
 METUR ad deducendam pari ubertate ac integritate aquam  
 in civitatem, quā de fonte proficisciatur. Non vult Cyprianus,  
 ad ipsum Canalem (traditionis nos) reverti: sed ad ipsum fan-  
 tem, sive, prout addit statim, ad Originem Dominicam & Ev-  
 angelicam, & TRADITIONEM APOSTOLICAM. Quin  
 agnoscit clarissimè: *vitiari posse, innerrumpi posse, bibulum fieri posse*  
*Canalem*, qvi sit reficiendus, ut tales deducat aquas, qvales de  
 fonte proficiscuntur. Sic Stephano oppONENTi *Canalem Traditionis*, Cyprianus opponit *Canalem illum traditionis bibulum, & vitio-*  
*sum, & id probaturus postulat, ut secum PERGAT AD FON-*  
*TEM s. ad Originem Evangelicam, & inde consulat, annon*  
*ille Canalis Romanus vitio bibulus factus, limpidis, qvas de*  
*fonte deduxerat, aquis, admixtas acceperit in itinere minus*  
*puras, sc. dogma de non rebaptizando, & ex illo fonte reficeret*  
*Canalem, ut inde surgat actus nostri ratio, unde & Ordo sur-*  
*rexit, & Origo. Hoc, si, prout perswasit, & facere voluit,*  
*perfecisset Cyprianus, nec in exercitio consilii defecisset,*  
*jam non rebaptizasset. Defecit copiosus, integer & since-*  
*rus influxus aquæ viventis in Ecclesiam Romano-Papisticam,*  
*etsi non propter misturas illas impuras agnita statim defe-*  
*cio, imò nec consumata statim. Damnum sanè non in fonte,*  
*(qvi, licet Turbidum hunc proclament ejusdem Depositarii*  
*Romani, propriam hic turpitudinem allegantes, purus in-*  
*fluit in civitatem Dei) sed in medio itinere s. in ipso Canali, qvi*  
*bibulus, cum limpidis illis, qvas de fonte traxit, turbidas a-*  
*quas magis magisq; intermixtas excepit & deduxit in Eccle-*  
*siam Romanam. Refecitus superiori seculo confirmatusq; Canalis*  
*est,*

est, ut jam per illum eadem uberrimate atque integritate in nostras Ecclesiæ deducantur aquæ, quæ de fonte proficiuntur. Et hoc fine REVERSI SUMUS AD FONTEM, & poposcimus, ut ad eundem nobiscum reverterentur Pontificii, ad ipsam sc. Originem Dominicam & Evangelicam, & agnitiâ ratione defectionis in Canali, reficerent hunc ad sincerum potum Civitatis Dei. Agnoverunt, si pergendum sit ad fontem, A QVA M, sibi, ut dicitur, HÆSURAM. Poscimus etiam nunc, ut id faciant, quod nos facere jubent. Ut amplectantur Cypriani Methodum, & ad ipsam revoluti veritatem, sine quâ consuetudo vetustas erroris est, aut ex illo fonte legitimè Articulos & Canones Tridentinos, aut retractatis illis Canonibus, & Anathematismis Tridentinis novum emittant decyzum, Scripturis, & inde profluenti Traditioni Apostolicæ ipsiq; primitivæ Ecclesiæ consonum. Et sic inter nos & illos nullum erit Schisma, nulla hæresis.

## XVII,

Postquam ergo in Cypriano nihil pro Canali traditionis Papistico, vel necessario ad illum recursu (cum nullam agnoscat Canalis autoritatem Cyprianus, præter illam, quam legitimare potest de fonte, usq; adeò ut ex hoc reparandus ipse Canalis sit, ubi factus bibulus) Sinnichius obtinuit, videndum, num ipso Cypriano magis in hoc argumento patrocinetur Pontificiis Magnus Basilius Cappadox Archiepiscopus? Affirmat Sinnichius in Gol. c. 20. allegata ex Basili. M. I. de Spiritu S. c. 27. sententiâ in speciem plausibili, & Tridentinæ pari, Dogmatum, inquit, & praconiorum, que servantur in Ecclesiâ, quædam, habentur ex doctrinâ scriptâ: quadam ex Apostolorum traditione nobis tradita in mysterio (occulto) quorum utraque parem vim habent ad pietatem: nee his quievam contradicet vel tenuiter expertus qua sint iura ecclesiastica (τὰ δικαιώματα τῶν ἐμπιστευόντων) Nam si consuetudines que scripto prodice haut sunt, sanguinem haut multum habentes momenti, conemur rejicere, imprudentes gravissimum Evangelio detrimentum inferemus, & ipsam fidei predicationem ad nudum nomen contrabemus. Videtur omnino magnificum hoc traditionum Encomium vehementer patrocinari

causæ Pontificiorum, & ipsas traditiones non scriptas in pari cum Scripturis celestis autoritatis culmine collocare, usque adeò, ut & transcendentes illas hyperbolas de traditionibus non scriptis, quod eandem vim habeant ad pietatem cum illis, que in Scripturis instituta vel mandata sunt, & sine illis ipsa fidei predicatione ad nudum nomen contrabatur cum ipsa fide manifeste pugnare, & nullo modo consistere vel defendi posse (in applicatione scilicet universali & Scopo Papistarum) non immoritò judicaverit Magnus Chemnitius, & totum illud caput in Basilio, ejusdem Chemnitii judicio non sine causâ, suppositum estimaverit Erasmus. Ceterum juvat videre, annon ex ipso Basilio Scopo, ex exemplorum qualitate, ex horum discretâ tractatione, ipsaq; adeò superioris sententiaz accommodatione & aliorum locorum Basilianorum collatione, liceat hic Basilium Syncretismo Pontificio & fidei præjudicio absolvere, publiceq; ostendere, quam veritas firmiter fundata, ne hoc quidem, si integrum s. non truncatum inspiciatur, reformidet Basilius testimonium.

## XVIII.

Res autem non erit obscura, si non ex quadam Basiliæ Disputationis particulâ: sed ex illâ totâ perspectâ pronuncietur, & (quod probè monuit Hilarius) intelligentia dictorum ex causis dicendi sumatur. De ipsâ divinitate S. Spiritus, & majestatis ac inseparabilis gloriarum æqualitate, Basilius tûm positivè, tûm elencticè, contra Hæreticos, negantes illam glorificationis æqualitatem, confutatis etiam Hæreticorum objectionibus egerat à c. 9. ad 10. l. de SPIRITU S. Qvin inde adusque c. 24. probato Dogmate s. Articulo fidei de divinâ naturâ & gloriâ Persona S. Spiritus, eodemq; defenso SCRIPTURARUM ARMIS (e.c. Trisagio Semperinorum Isaiano, ex Act. c. 5, 3, 4. 1. Cor. 12, 3, 4. 5. 6. 28. c. 14, 25. Ps. 33, 6.) procedit ad Examen objectionis Hæreticorum. Qui fiat, quod Scriptum nunquam tradat Spiritum S. glorificari cum Patre & Filio: sed studiosè vitatà Syllabâ, CUM, glorificari malit Patrem in Spiritu. Atque adeò mutato controversiæ statu, non de Articulo illo fidei jam legitimato ex Scripturis: sed de Formula glorificationis Ecclesiastice, succedit Disputatio, ad quam quid impulerit, notavit ipse Basilius in hujus libri Capite: Nuper, inquit, orante me apud populum, & utroque modo glorificationem absolvente se. nunc: Gloria DEO ac PATRI PER FILIUM IN SPIRITU S. nunc: Gloria DEO

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

29

DEO ac PATRI cum FILIO & CUM SPIRITU S. alij quidam ex his qui tunc aderant, in nos irruerunt, dicentes, nos non modo peregrinis ac novis usos vocibus: verum etiam inter se pugnantibus. Poposcerat tunc Basilius *Amphilochius Iconij Episcopus*, ut dilucidam aliquam de vi harum Syllabarum doctrinam evulgaret, qvod præstiturus Basilius in ipso statim exordio c. 2. notavit hæreticorum (*Aetianorum*) regulam: *Tā āro-  
muia κᾱ τιο̄ επεφεγγίς, εὐρωμᾱ κᾱ τιο̄ Φύσις* i.e. Quæ diffinilis sunt prolationis, dissimilis etiam sunt nature, & contra: *Qyx secundum  
naturam sunt dissimilia, dissimilièr proferuntur*, cui regulae supponebant hæretici exemplum i. Cor. 8, 6. Contra illos adeò, qui ex discrepan-  
tiâ prolationis EX qvo, PER quam, IN quo, argumentabantur ad dis-  
crepaniam nature Patri, Filij & Spiritus S. ingressus est hanc Disputati-  
onem Basilius, ostendens in ipsis Scripturis, nec EX ita proprium Pa-  
tri, ut non etiam Filio & Spiritui S. nec PER ita proprium FILIO, ut  
non etiam attribuatur Deo Patri: Ecclesiam ergo præeunte Scripturâ  
de Filio & CUM & PER usurpare: & illam quidem particulam magis  
esse glorificantium, & in unigenito sempiternæ naturæ majestatem ac  
dignitatis excellentiam contemplantium: *banc esse magis gratias  
agentium, habitâ sc. ratione Oeconomiae illius nostræ reparationis, in  
quâ Deus Pater sibi mundum reconciliavit PER Christum, & ipse Filium  
unigenitum dedit, ac in mundum misit.* vid. Basil. libro allegato c. 5. 6.  
7. 8. Et hactenus de Filio. Inde de Spiritu S. eo, qvo adusque c. 24. jam  
supra summarie delineavimus, ordine.

## XIX.

Objecerant sc. Hæretici: *Scripsum nuncquam tradere: Spiritum S.  
glorificari cum Patre & Filio: sed Patrem & Filium IN Spiritu S.* Imò istam Syllabam CUM nec necessariam esse, nec ab Apostolis, nec ab Ecclesiâ in formalis glorificandi veteribus probatam: sed novissimè superinductam. Respondebat Basilius I. formulam illam glorificandi Patrem & Filium CUM Spiritu S. non esse novam: sed antiquissimam traditionem, quam qui ab initio prescripsierint posteriusq; tradiderint, iſu simul semper cum tempore progrediente, per longam consuetudinem Ecclesiis irradicarint. Provo-  
cat ad ipsos Rusticanos, apud quos etiam aunc resideat *η αξιότερος Φώνη* glorificandi Patrem & Filium CUM Sp. S. vid. c. 7. 10. Allegat qvoq; Irenæum, Clementem Romanum, utrumque Dionysium, Eusebium

D 3

Palasti-

Palæstinum, Origenem, Gregorium Thaumaturgum, Firmilianum, Meletium, Africanum, Theogenem: sed & consensum Ecclesiarum orientis & occidentis, & formulam eucharistia lucernarie: & sic projectit calumniam illam novitatis, ostendens, quod non sit κανόνες μετανοεῖσθαι δικαιοσύνης i. e. novarum formularum Architectus, vid. c. 29. Talibus etiam non scriptis traditionibus inherere, arbitratur Basilius Apostolicum. Respondebat autem II. Debere Hæreticos, qui totidem litteris & syllabis sibi designari postulent illam glorificationis formulam, ex Scripturis, alteram illam exinde probare, sc. Apostolos suam δοξανας absolvisse per particulam IN: vel si hoc non possiat, debere intermittere rigorēm illum postulatię. Aliud esse formulam illi particulas reperiri in Scripturis, ipsamq; adeo formulam dicat ut p̄ficiat vel separatum: aliud, reperiri Ćunquaglobis s. conjunctim, in tali sc. τοῦ vel ordinatione vocum. Respondebat III. In usu fidelium utramque obtinuisse formulam: prælatam tamen, proprie Hereticos s. τοῦ Πτισηρίου καὶ κανονογράφου αληθεias, formulam glorificandi Patrem & Filium CUM Spiritu S. quæ cum VIM HABEAT SCRIPTURIS CONGRUENTEM, non facile carpi possit ab Adversariis. IV. Glorificatione illam formulam correspondere illi alteri, quæ per ET copulat S. S. cum Patre & Filio: non minus Nominum connexionem servari per præpositionem CUM, quam per conjunctionem ET: nihil adeo inter illas esse differentias, per quod plus intelligatur per ET, quam per CUM, nisi quod fingere possit ψυχէς Grammaticaster. Et si nihil aliud in questione esset, sed tantum questione de Syllabis, aut hoc vel illo dictionis sono, inanem fore disputationem. Neq; enim Catholicos contradicere, si quis in glorificatione malit nomina personarum divinarum connectere per ET. Coeterum hæreticos citius lingas affecturos, quam præpositionem CUM recepturos, atque adeo dum κανόνες bellum hic movent Formulæ: CUM S. S. non agere tantum de Syllabâ: sed de rebus longè maximis sc. velle illos ita IN Spiritu S. dicendam gloriam Deo, ut non aequaliter illa gloria dicatur ipsi Spiritui S. & propterea nolle admittere formulam Catholicam: Gloria P. & F. CUM Spiritu S. Præpositionem CUM & Personarum proprietatem, & operationis consortium, & sempiternam communionem Spiritus S. cum P. & F. signanter exprimere, contrarias maxime hæreses Arij & Sabellij destruere,

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

31

fruere, & adeò Mysterio glorificationis accommodatiorem Patribus visam alterà s. IN, qvæ Præpositio juxta communem usum designet relationem ad id in quo sunt operantes. Addit tamen: sibi non otium ad perscrutandum minutæ illa Syllabarum, Où δό εποὶ χολὴ ταὶ τὰ Συλλαβῶν ἐξετάζειν. VI. Distingendas esse appellations Gratia in relatione extrinsecâ Spiritus S. ad Creaturas s. Sanctos, ab appellationibus maiestatis s. sempiternæ conjunctionis & potentia, in relatione intrinsecâ S. S. ad P. & F. Ibi Spiritui S. magis convenire INESSE: hic COESSE. Præpositionem IN magis exprimere Dei societatem Nobiscum: alteram autem s. CUM magis exprimere Communionem Spiritus cum DEO Per hanc, magis exprimi excellentiam Spiritus Sancti: per illam autem, Nostrum, qvam sc. per gratiam Spiritus S. habemus. Plus adeò dici per COESSE: qvam simpliciter INESSE. Illud esse illorum, que sibi invicem inseparabiliter adsunt: hoc illorum que vere insunt, et si aliquando decedere possunt, qvomodo Calor COEST igni, à qvo est inseparabilis, & INEST Ferro, à qvo est separabilis. Sic VITA COEST ANIMÆ: qvia Anima nunquam sine Vitâ: at sanitas INEST corpori, qvia Corpus aliquando sine sanitate. Ubi ergo peculiaris, connaturalis, & inseparabilis communio est, significantiorem statuit Basilius vocem CUM, qvæ inseparabilis consortij cogitationem suggestat intellectui. VII. Alio modo dici Joh. 4, 23: adorandum Deum, Patrem sc. esse, IN SPIRITU S. & VERITATE (i. e. IPSO FILIO qui dicit: Ego sum Veritas) Filium esse imaginem Dei ac Patris, in qvo videatur Pater, prout ipse Filius in SPIRITU S. tanquam in seipso DOMINI divinitatem exprimente. Prout inseparabile est Lumen ab Imagine, qvæ videtur, qvippe qvod causa visionis est: ita inseparabilem Spiritum S. à Filio, ut nemo possit videre Filium, nisi IN Spiritu S. Per hujus adeò illuminationem videri διάνυστος s. splendorem glorie Dei, & per hunc splendorem, qui est Character Personæ Patris, nos subvehiri ad ipsam Deum Patrem, cuius sc. Character & ιδεται οὐ φεγγίς Filius est. Atque hunc ordinem vehementer facere concludit Basilius pro inseparabilitate Spiritus S. à Patre & Filio in glorificatione & adoratione. IIX. Falsum esse, Syllabam IN usu Scripturæ Iēwæ & δισκληροῦ, qd. per fortē appropriatam Personæ Spiritus S. cum æquè Patri & Filio tribuatur in Scripturis: adeòq; IN non saltem non esse particulam deminuentem:

## DE CANALI TRADITIONUM

nuentem: sed etiam ad maximam Spiritus celstitudinem mentes erigentem; immo in usu Biblico alteri illi CUM saepius æqvipollentem. His præmissis, concludit IX. Licet talis formula glorificationis ēc Tūtū sc. mīzī vocum: Gloria Patri & Filio CUM Spiritu S. non legatur ullibi in Scripturis, propterea nihilominus illam mysteriis Scripturarum pulcherrimè consonantem, parem vim habere ad pietatem, nec nisi āπειεγν Τ̄ θομᾶν ἐκκλησιασμῶν sive illi contradictorum, sive ut non admittantur in usu Ecclesiastico, in elocutione mysteriorum, in formulis glorificandi, nisi qvæ totidem literis reperiuntur in Scripturis, postulaturum. Talem enim gravissimum detrimentum Evangelio allaturum, & ipsam fidei predicationem ad nudum nomen contracturum, verba sunt Basilii, qui hâc occasione post summam illam c. 25. & 26. procedit c. 27. ad Dissertationem superiorē magnificam de Traditione. Patet hancen ex ipso SCOPO Basilii, qvām nihil hic pro CANALI Traditionum Pontificiarum, seu talium fidei dogmatum, qvæ, cum nullo Scripturæ testimonio vel fundamento probari possint, ex solo & nudo traditionis titulo pari cum dogmatibus Scripturæ reverentia ac pietatis affectu suscipienda sint, qualia illa, qvæ Symbolo Apostolico in Tridentino, velut humano capiti cervicem pictor eqvinam apposuit Pius IV. in Bullâ Tridentinâ.

## XX.

Constat idem magis etiam ex indiculo EXEMPLORUM, qvæ per Canalem traditionis ad sua tempora deduxit magnus Basilius. Exemplum i. ponit ipsam formulam glorificationis, ita tamen, ut & ex ipso fonte Scripturarum legitimet hanc copulam Spiritus S. cum Patre & Filio in δοξολογίᾳ & ita per Canalem traditionis deducat inde formulam glorificationis. Ponit, & rectè quidem, Basilius æqvipollentiam harum 2. formularum: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. item Gloria Patri & Filio cum Spiritu S. At illa fundatur in Scripturis s. formulâ baptizandi. E. & hæc. Et sic revertitur ad fontem s. Baptismi Catholici institutionem Matth. 28, 19. Glorificationis sc. formula sequitur formulam fidei s. professionis: hæc Baptismi. Prout ergò baptizamur æqualiter in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. ita & ad baptismum profitemur nos credere: & prout credimus: ita qvoqve glorificamus. Concludit: formulæ baptismi proprius convenire formulam glorificandi

per

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

33

per CUM qvām per IN: & licet daretur, illam non haberi ex formulā  
baspizandi, tamen retinendam illam, velut non parum adjumenti ad my-  
sterium adferentem, nec, ob unam diētunculam CUM à Majoribus traditam  
esse digladiandum. Apparet, qvām per hoc Exemplum Princeps Basiliī,  
usq[ue] adeo nihil hic pro traditionib[us] Papisticis, ut potius per il-  
lud, ad solam *av[er]g[ement]u[m]* & comparationem exempli cum Traditioni-  
bus Cahalis & Canonis Tridentini, confundantur in portâ.

## XXI.

Exemplum 2. Basilius ponit Signum Crucis, quo signentur qui  
crediderunt (vel speraverunt) in nomen Domini nostri JESU CHRISTI.  
Meminit ejusdem ritus Tertullianus I. de Coron. Militis. Ad omnem,  
inqvit, progressum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad re-  
stuum & calceatum; ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia,  
quæcunquen nos conversatio exercet, FRONTEM CRUCIS SIGNACULO  
TERIMUS: et si non ad amplissimum illum signandi usum hic Basiliū  
Magni respectus. Nihil attinet de Autoribus & originibus primis  
hujus antiquissimi ritus laborare. An præludiis qvibusdam sanctiori-  
bus & mysticis Gen. 48, 14. Exod. 12, 7, 13. Ez. 9, 3, 6. Apoc. 7, 3. illum  
deduxerint? an sine illis, ex Evangelio Nicodemi Apocrypho, sub traditionis  
Apostolice titulo, processerit, & paulatim autoritatem obtinuerit? (qvod  
quidem visum M. Chemnitio in p. i. Exam. Conc. Trid.) Concedimus  
facile, qvod h[ic] habet Basilius: τίς ὁ Διὸς χράμψης διδάξεις Quis  
expressa litera prescripsit talē ritū? Ipsum tamen mysterium, qvod per  
hunc ritū significatum, tantum abest, ut non sit consentaneum  
Scripturis, ut potius in his clarissimè designetur: nec enim dubitan-  
dum, qvin à Christi Professoribus, sive Apostolis, sive Apostolicis  
Viris, sive Patribus Catholicis, ritus ille, sive primò inductus, sive  
superstitionibus abstractis assumptus, & mysteriis summis adhibitus  
sit, ad designandum memoriale JESU crucifixi, & gloriationem Chri-  
stianorum de patrimonio Crucifixi, præter qvem nihil se scire professus est  
Apostolus. Conf. i. ad Cor. 2, 2. Gal. 6, 14. Neque id dissimulat Ba-  
silius, ritū hunc velut signum fidei vel spēi in Nomen Domini  
nostri Jesu Christi. Hic ergo ritus, qvia fundamentaliter consonat Scri-  
pturis, & designat mysterium in Scripturis clarissimè propositum  
(sive jam obtinuerit aetate Apostolorum, sive h[ic] posterior fuerit) à  
nobis qvoq[ue] pari libertate, tum in Baptismo, tum extra hunc reci-  
netur,

E

netur,

netur, quâ de re ex p̄scriptis à Luthero agendis Baptismalibus, & formulis precum matutinarum & vespertinarum, ex judicio item Lutheri in Catechismo majore (ubi commendat puerorum illud exercitium, ut sese cruce vel precatiunculâ muniant auditâ re aliquâ terrificâ & horribili, dicentes: Custodiat nos Deus Pater! Auxiliare Domine JESU CHRISTE! aut simile qvippiam) publicè constat. Apparet iterum in hoc rito nihil pro Canali Tridentino. Utinam æqvè consonarent mysteriis Scripturæ, vel saltē non contrariarētur, traditiones Pontificiæ!

## XXII.

Exemplum 3. Basilius allegat Formulam Παντοκράτορεως s. invocationis Eucharistiae, scilicet in ipsa elevatione, vel ostensione panis eucharistici & calicis benedicti, & quæ plura, præter illa, quæ commemorant Apostoli, in administratione Sacramenti eucharistici dicuntur. Scilicet agnoscit Basilij, quosdam ritus Sacramenti hujus, haberi ex Scripturis: quosdam haberi ex traditione. Ecclesiam suo in Adiaphoris jure usam, Apostolis illis ritibus & verbis institutionis alios mysterio consentaneos ritus, formulas, ante, in, & post actionem S. Cœnæ superaddidisse proportione adificationis ordinis & decori: qvorum exemplum, & illa formula invocationis in illâ ostensione panis & vini benedicti, & illa ipsa ἀνάθεσι s. ostensio. Monuit autem Chemnitius in Exam. Concil. Trident. tit. de trad. Nulla verba peculiaria nunc habere, ne ipsos quidem Pontificios, quando panis Eucharistia consecratus ostenditur, quem tamen, prout alios quosdam ritus veteres, existimaverint ab Apostolis traditos, & graviter addidit: Ecclesiam in hujusmodi traditionibus libertatem suam ipso facto declaravisse. Doctrinam sc. esse perpetuam: ritus verò pro circumstantiis mutari libere posse. Sanè juxta Gregor. l. 7. Registr. Epist. 64. Mos Apostolorum fuerit, ut ad solam Orationem Dominicam oblationis hostiam consecrarent: nec alias ad Eucharistiam preces ab Apostolis usurpatas testis Hieronymus: Conf. qvoqve Platin. in vit. Sixt. I. Rupert. de div. off. 2. c. 21. Valafre. Str. dreb. Eccles. c. 22. Durand. l. 4. c. 1. &c. Neqve ergo traditio illa, de certâ formulâ invocationis in ostensione, fuerit originis & antiquitatis Apostolicæ. Qvieqvid tamen id est, unde probabitur illius formula cuncta non fuisse Scripturis consona? qvomodo & nos in Eucharistie facio usurpanus, & ipsi distributioni præmittimus æqvæ ac subiungimus quosdam ritus utiles, hymnos item & formulas Eucharisticas, et si à nullo Apostolo p̄scriptas, tamen Scripturis & fidei consentaneas,

Graviter

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

Graviter autem Greg. M. loc. all. ad Syrac. Episc. discrimen ostendit  
harum formularum, à formula institutionis: *Valde, inquit, inconve-*  
*niens est, ut precem, quam Scholasticus composuerit super oblationem, dice-*  
*remus, & ipsam TRADITIONEM, quam Redemptor noster composuit su-*  
*per ejus Corpus & Sanguinem taceremus.* Notat idem: *Orationem Domi-*  
*nicam apud Gracos ab omni populo dici: apud Romanos à solo Sacerdote.*  
Nec ergo iterum per hoc Exemplum Basilius quicquam pro Canali im-  
ditionis, vel novâ illâ Scripturis superducendâ fidei regulâ.

## XXIII.

Sequntur in Basilio Ceremoniae Baptismales, quas inter, præter  
jam supra allegatum CRUCIS SIGNUM, memoratur IV. Consecratio  
aqua Baptismatis. V. Consecratio olei unctionis. VI. Ipsum Chrisma. VII.  
Benedictio baptizati. VIII. Terna immersio. IX. Abrenuntiatio. Ad-  
dit Basilius: à γράμματε εξει τοις απονήσισθαι πώς ἀντί<sup>τ</sup>  
εικός τούδιδυσκαλίαν θελαμένων εὐχάριστον i. e. Quæ nec intueri  
fas est non initiatis (baptizatis) qui conveniebat horum doctrinam publici-  
eius circumferri scripto? Nihil iterum attinet de singulorum horum ri-  
tuum originibus obscurioribus agere, & disquirere, an singuli sint anti-  
quitatis Apostolice? Annon quidam processerint ex Scholâ Montani, quos  
tamen non nisi à superstitione Montani purgatos, mysteriis sive decla-  
randis sive designandis adaptatos, puriore & sanctiore respectu do-  
ctrinarum in S. literis patefactarum, in Canalem traditionis Ecclesia vetus,  
salva indifferentia & ipsius mysterii eminentia, admisit, & prout li-  
berè, Sacramenti exterius sive decomandi, sive declarandi causâ, admisit:  
ita pari libertate, pro ratione circumstantiarum, iterum sive intermisit,  
sive in alias Ceremonias commutavit. Agnovit Lombardus l. 4. dist. 3.  
Baptismum Verbo & Elemento absolvi: quæ adeò ubi adsint, licet ritus  
illi desint, non ideo minus verum esse & sanctum Sacramentum. Nec  
dubium, quin abfuerint illi ritus in baptismo Christi, tum quem ipse à  
Johanne percepit, tum, quem per Discipulos (neque enim Christus  
suâ manu quenquam baptizavit) administravit. Consuetudo aliquot  
seculorum, & magna consensio populorum multis traditionibus no-  
men dedit Apostolicarum, circa quas tamen vel abolendas vel immutan-  
das, Ecclesia vetus etiam particularis, imò & Romano-Papistica jus  
suum liberè ostendit. Quin, potuit etiam necessitas quædam persua-  
dere quorundam abrogationem, ne vel onerosâ multitudine Ceremo-

niam Baptismo formalem obscurarent, & Ecclesiam, ipsamq; religio-  
nem, quam paucissimis & manifestissimis celebrationum Sacramentis miseri-  
cordia Dei liberam esse voluit, premerent, vel necessitatis, & paris cum ce-  
remoniis formalibus Sacramento autoritatis præsumptione, vel adnatâ  
superstitione nocerent. Atque utinam de ipsâ doctrinâ inter nos &  
Pontificios prius consensus constitutus esset. Sic de vetustis talibus ri-  
tibus à superstitione purgatis facillima Concordia ratio iniri posset.

## XXIV.

Insignis apud Tertullianum lib. de Coron. Milit. locus est de  
vetustis Baptismatis Ceremoniis. Aquam, inquit, adituri, ibidem,  
sed & aliquantò prius in Ecclesiâ sub Antistitis manu contestamur, nos renun-  
ciare Diabolo, & Pompe, & Angelis ejus. Deinceps tè mergitamur. Non (ita  
quidam codices, et si ex Gorciensi collatione negativam expunxit  
Rhenanus) amplius aliquid respondentes, quam Dominus in Evangelio  
determinavit. Inde suscepimus laetis & mellis Concordiam pregustamus. Ex  
eâ die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abstinemus. Tres inpri-  
mis ritus baptismi, qui tunc frequentius erat Adulorum, è paganismo  
ad Christianam religionem confluentium, meminit Tertullianus 1. Renunciationem illam sc. contestationem, quâ contestabantur se renunciare  
Diabolo. 2. Ternam mergitationem. 3. Prægustationem laetis & mel-  
lis, quod alibi l. i. adv. Marcionem stylo sibi peculiari Tertullianus:  
Infantare laetis & mellis societate. Abrenunciatio illa fiebat ad occiden-  
tem, ab ipso Catechumeno baptizando, qui, jubente Antistite, manus  
versua eandem regionem impingens, eorū Satananam insufflabat, ac preterea ab-  
renunciationem profitebatur, ipsaq; impulsione manuum obscuræ militi con-  
sortia renuebat & exufflabat, teste Hieron. & Interp. Dion. de Eccles.  
Hierarch. Meminit ejusdem abrenunciatio h. l. Basilius pari usus  
vocabulo διατομος qvo Luc. c. 14,33. Nec dubium, qvin ad eandem  
Chrysostomi respectus hom. 40. in 1. Ep. ad Corinth. Volo, inquit,  
μεμυνησθης sc. sacris baptismi initiatos recordari illorum verborum, que  
illos dicere jubent (ei. Μυζηψεντες) Antistites, illâ ipsâ vesperâ sc.  
post mysticorum & terribilium verborum enunciationem in fine addimus,  
quando sumus baptizandi: Credo in resurrectionem mortuorum, &  
postquam hoc confessi sumus, tunc demittimur in fontem sacrorum illorum  
fluentorum (ες τὸ πηγὴν τὸν νερόν υπάλω) Apparet, ritum illum  
abrenun-

ab renunciatione non fuisse consuetudinem sibi occidentis: sed & orientis: quem sequentium temporum Ecclesia, non in adulorum saltu baptismu retinuit: sed ad infantium etiam baptismum transferendo, necessario alicubi immutavit, additis etiam, qui pro infante responderent, susceptoribus, quomodo & in agendis Baptismalibus praescriptis a M. Luthero legitimus: Der Priester las das Kind durch seine Paten dem Teufel absagen und sprechen: N. Entzages du dem Teufel? Antw. Ja. und allen seinen Werken? A. Ja. und allen seinem Wesen? Ja. Qvia scil. ab renunciatione Satanae doctrinam in Scripturis traditam utiliter declarat, qvia futurum Discipulum Jesu Christi decet οὐτεπέρ τε καὶ γενέσις αἰχμῶν s. renunciare latebris ignominiosis, vel ipsis obscuris & obscure militiae ignominitis, imo & omnibus hujus seculi bonis, toti Mundo & Principi mundi. Conf. 2. Cor. 4, 2. Luc. 14, 33. 1. Joh. 2, 15. 16, 17. Qvia exologesis omnis, quae in Adulto baptizando praefeqvitur, talem ab renunciationem concomitantem poscit, proinde & hunc ritum & similes merito, propter mysterium, quod pulchre significant, amamus & zetinemus.

## XXV.

Eodem, quo ab renunciatione loco, habemus ritum trina immersionis, qui & 1lsum continet & declarationem sermonis formalis Baptisma-  
tis, & principalissimi in hoc mysterio mysterii SS. Trinitatis. Neque  
dubitandum, quin ad illud, & mysterium triduane sepultura Rom 6, 2, 3.  
respectus fuerit & orientis & occidentis, in hoc olim ritu consonantis  
Expressè Tertull. lib. cont. Praxeam: Christus novissimè mandavit Disci-  
pulis, ut tingerent in Patrem, & Filium, & Spiritum S. non in unum. Nam  
nec semel: sed ter, ad singula nomina, in personas singulas tingerimur. Phrasis  
sc. Tertulliani, Baptismus intinctio dicitur, & intincti, qui baptizati,  
prout l. de poenit. An alias est intinctis Christus, alias Audientibus? Au-  
dientes optare intinctionem, non presumere deceat. Juxta Tertull. igitur, illud  
Iēs̄ Basilius (prout Basilius) fuerit vel formaliter, vel certe funda-  
mentaliter ἕγγειον. Et tamen Concil. Tolet. 4. Can. 5. decrevit pro  
simpla mersione, eidemq; supposuit mysterium unius mortis, unius resurrec-  
tionis Christi, unitatem Baptismi, Israelitarum in Mosen in transitu per mare  
rubrum & unitatem transitus per Jordanem in terram promissam: imo Le-  
andro Hispanensi Episcopo scriptis Greg. lib. 1. reg. Ep. 41. simplam mer-  
sionem

si nonem trina mersioni praferendam, postquam Heretici trinam mersionem usurpabant & juxta numeros mersionum divinitatem dividebant. Sed & prægustationi illi Lactis & Mellis (juxta Hieron. VINI) quām splendidum in Scripturis quā situm est fundamentum s. mysterium? Terra promissa fluens Lacte & Melle, figura terre novae, in qua collocamur per baptismum: Christus baptismo induendus, sub cuius lingvā Mel & Lac, ipsa doctrina celestis sincerum lac, cibus Quasimodogenitorum, clarissimis Scripturis explicantur conf. Exod. 3, 17. 2. Pet. 3. v. 13. ad Hebr. c. 4, 3. 6. Gal. 3, 26. Cant. c. 4, ii. 1. Petri 2, 2. prout alterius, qui, teste Hieron. lib. adv. Lucifer. in occidentis Ecclesia obtinuit olim, ritus Vini & Lactis datum recens baptizatis ab Hieronymo allegatum fundamentum ex Scripturis Iesaiæ 55, 1. Et tamen jamdudum hī ritus, et si superstructi fundamento scripto, in usū Ecclesiae esse desierunt: & què ac, quod meminit Tertull. l. de Cor. Mil. Ex eā die (sc. intinctionis) lavacro cotidiano per togam hebdomada abstinemus. Obtinebant quippe, apud Christianos etiam veteres, sine ceremoniis gentilium, lavacra quotidiana, quæ (prout alibi Tertull.) & calorem & sanguinem servarent: sed his, in reverentiam lavaci regenerationis abstinebant recens baptizati per integrā septimanā ante Baptismum.

## XXVI.

Alibi tamen s. libro de resurrectione carnis plusculas quoque Ceremonias Tertullianus recitat sc. unctionem, signationem crucis, & manus impositionem. Meminit quoque Cyprianus unctionis baptizati, ut accepto Chrismate unctus Dei esse, & gratiam Christi in se habere possit. l. i. Ep. 2. sed & consecrationis aquæ, quæ miscenda & sanctificanda prius sit & Sacerdote, ut possit peccata baptizandi abluere, unde pro Anabaptismo suo traxit argumentum: *Quomodo aquam mundare & sanctificare potest, qui ipse immundus est?* Apparet tamen, quò magis in rationario temporum datur ascendere, eò pauciores ritus sese insinuare, & paucissimos ætate Apostolicā: pauciores etiam, quām, quæ deinceps successerunt, tempora addiderunt, circa Baptismum ritus, ætate Tertulliani obtinuisse, Ecclesia alios substituente, & hos quoque deinceps pro libertate τῆς μητρὸς ἐκκλησιαστῶν sive abolente sive immutante. Nullam statim temporis Baptismalis mentionem facit Tertullianus, quod deinceps Paschali & Pentecostali circumscriptum: ita ut infantes post

Pascha

EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

39

Paschanati, ad baptismum Pentecostalem, & nati post Pentecosten ad Paschalem festum diem reservarentur, & tunc una cum adultis Catechumenis baptizarentur, excepta suprema necessitate seu mortis articulo, cui lex ecclesiastica non præscribebat: unde illud Cypriani: l.3. Ep. 17. Audientibus (ita sc. appellabantur Catechumeni) etiam, si qui fuerint periculo præventi, & in exitu constituti vigilantia vestra non desit: implorantibus divinam gratiam misericordia Domini non denegetur. Vid. etiam Chrysost. hom. 24. in Joh. & illud: ἀπεστροφή την πλευράς επελέγοντος αμυντας επινύχιον απελθεῖν. Sed & constabit inde, quæ ratio Symboli explicari Dominicā Palmarum. Peculiaris sc. informatio erat Catechumenorum Baptismi jam Candidatorum s. prout appellabantur, Competentium: quibus per 40. dies proximos solenni Baptismali accuratiū explicabatur Symbolum (ab ipsis deinceps una cum Oratione Dominicā ad Baptismum recitandum) & in illo veneranda Trinitatis mysterium. Testis Hieron. ep. ad Pamphach. sed & Ambrosius de seipso Ep. 53. quod dimisiss Catechumenis Symbolum Competentibus tradiderit. Solenniori tamen aliquā ratione Symbolum explicabatur octavo die ante baptismum, quomodo in Concilio Gall. Agath. can. 9. Symbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis una die, octava sc. ante diem Dominicā resurrectionis publicè in Ecclesia Competentibus prædicari. Illud adeo factum Dom. Palmarum, qui ipse dictus est Pascha Competentium. Respicit ad hanc informationem Chrysostom in Symb. ita alloquens Competentes: Vos genus electum, Vos grex novellus Dei, qui competitis à Rege Regum, & Domino Dominorum munus gratie, qui baptismum salutarem speratis vobis affuturum, audite Professionis vestra verba. In illâ informatione Competentium, etiam dogma de baptismō fuisse propositum, dubium nullum. Expressè August. l. ad Deo gratias de Catechiz. rudibus: Informandos etiam de Sacramentis e.c. de Baptismo quid significet: addit, post informationem, interrogandos an bac credant, atque observare desiderent? quod cum responderint solenniter, utique signandos esse, & Ecclesie more tractandos: licet de cœtero, non saltē, notante supra Basilio, ab apostolis Sacramentorum: sed & clariore mysteriorum horum propositione arcerentur: unde illud Chrysostomi in Ep. i. ad Cor. c. 15. qui explicaturus quid sit: Baptismus ὑπερ την κρίσιν, protestatur, velle se quidem clarè loqui: sed non audere ob Catechumenos: qui difficiliorēm sibi faciant explicationem: & cogant vel non clarè loqui, vel

illis

illis proponere infanda &c. Βάπτισμα μή το φῶς αὐτὸν ἐπέῖν, εἰ θλιψία  
δε καὶ σὺ αμυνθεῖς. Οὐ μι γερ δυσκαλωτέραν ήμεν πιθανόν τούτον ἐξηγήσαις  
γνωστούς αναγνωστούς ή μη λέγειν τοφῶς ή εἰς αὐτὸς ἐκφέγειν τούτον  
πῆσαι. Explicat tandem baptismū illum ωραῖον τὸν νεκρῶν de Baptismo  
Catholico, in quo qui bapteizantur, bapteizantur q̄s. pro mortuis s. moreū  
corporis, qvam profitentur ad baptismū, resurrectionē, qvomodo &  
Isidorus ad Isid. Presbyt. l. i. ep. 221. explicuit: Βαπτίζουσα τὸν οὐρανὸν τὸν νεκρῶν  
τὴν φύσιν ξωμάτων εἰς αὐτὸν πελασκαδηναὶ πι-  
στούσας. Sed hæc discutere nostri nunc non est instituti. Notamus  
autem tot ac tam autoratas (prout Tertull. appellat) observationes,  
atque utinam non cum parte meliore Scholæ Cathechetice, in de-  
suetudinem & oblivionem jamdandum abiisse, nec nisi λειψανα vel  
simulacra qvædam veteris illius rationarii baptismatis, in Hymnis &  
Canticis veteris Ecclesiæ, in nominibus Dominice diei Quasimodogeniti, &  
Septimanae in albis (Paschali sc. proximæ, & ab albis baptizatorum ve-  
stibus, signis libertatis & status celestis ita appellatae) nunc superesse.

## XXVII.

Testis est Maldonatus in c. 6. Joh. Augustini & Innocentij I. ex illo di-  
cto Servatoris Joh. 6, 53. sententiam fuisse, quæ etiam per 600. ferè annos vi-  
guerit in Ecclesia: Eucharistiam Infantibus esse qvæ necessariam, ac Bapti-  
smi Sacramentum ex Joh. 3, 5. Notavit etiam Rhenanus annot. in Tert.  
ex antiquis ritualibus legem seqventem: Si Episcopus adest, statim con-  
firmari oportet, postea communicari. Episcopus presens si non sit, antequam  
lactetur infans, aut aliquid gustaverit, communicet eum Sacerdos de Cor-  
pore & Sanguine Domini, ante missam etiam, si necessitas ingruit. Addit  
Rhenanus: Sed hoc postea mutatum est, non sine causa. Et suas consuetu-  
dines habuit Oriens, suas habuit & Occidens. Nam Ceremonia secundum  
Ecclesiarum & regionum diversitatem variant. Et paulò post: Probabile  
est, ipsos Apostolos & horum Successores Viros Apostolicos, ipsum in primis Jo-  
hannem Apostolum, qui diutissim Ephesi vixit, & hujus discipulum Polycar-  
pum, quem Ireneus senem juveni vidit, quædam inservuisse, quibus populi fides  
augeretur, & ipse incutaretur ad reverentiam & obedientiam, quæ postea per  
manus tradita ad nos usque devenerunt. Cœterum quæ illa sint in supe-  
rioribus exemplis haut facile licet discernere. Notat idem ex Hie-  
ronymo: De Baptismato fonte surgentes dicere solitos in prima statim Cor-  
poris

# EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

41

peris Dominicis communione: Et dimitte nobis debita nostra: & ex Pontio Paulino & Fortunato: Baptizates albam vestem induere solitos & cecipisse Hallelujah. Unde illud:

*Alleluja novis balat ovile chorū  
Fulgentes animas vestis quoque candida signat  
Et grege de niveo gaudia Pastor babet.*

Sed plenior indiculus Baptismalium Ceremoniarum post Tertull. extat ex seculo 10. & 11. apud Burkardum Wormacensem Episcopum, ex quo illam descripsit Rhenanus l. alleg. Ponuntur antecedentes Ceremoniae 1. Abrenunciatio. 2. Exufflatio. 3. Exorcismus. 4. Iusus Salis. 5. Professio fidei vel Symboli Apostolici. 6. Scrutinia. 7. Contactus narium. 8. Signum sancte Crucis. 9. Inunctio pectoris & scapularum per oleum consecratum. Hos rite antecedentes sequitur Baptismus in nomine S S. Trinitatis, cuius concomitans Ceremonia est irina immersio. Seqvuntur 1. Candida vestis, insigne manumissionis, ac libertatis & splendoris. 2. Sacrum Chrisma s. perunctio capitis. 3. Velamen Capitis mysticum. 4. Communio Eucharistica per Corpus & Sanguinem Domini. 5. Confirmatio. Ex his quosdam ac insigniores decora inservientes, & mysterium aliquod significantes vel declarantes, Ecclesia nostra retinuit: quosdam, pari libertate, in meliores, in sanctissimas precum formulas, quibus verius, quam Signo crucis, oleo s. unctioni, & simplici xue flosca ritu competit efficacia spiritualis, immutavit. Benedictionem baptizati, quam Basilius memoravit, etiam nos retinemus, & quæ ac abrenunciacionem, nec abhorremus à candidæ vestis ritu, unde in Agendis Baptismalibus Luth. Die Paten sollen das Kindlein halten in der Taufe und der Priester spreche/ weil Er das Wetterhemd anzeichet: Der Allmächtige Gott und Vater &c. Sed nec repudiamus ternam ad tria Personarum nomina, sive immersiōnem sive aſſersionem, salvâ veteris Ecclesiæ libertate, & regulâ Greg. M. l. i. ep. 41. In una fide nibil officit Ecclesia sancta consuetudo diversa. Aquam baptismatis ipso verbo, Oratione Dominicâ aliisq; precibus consecramus. De Oleo, cœterisq; etiam, postquam in usu apud nos desierunt, ritibus, quid noster Luth. senserit, ex Praef. constat rationatii baptis malis: Gedeneke daß wir taufen diese euerliche Sprüche das geringste sind/ als da ist unter Augen blasen/ Kreuze austreichen/ Salz in den Mund geben/ Speichel und Roth in die Ohren und Nasen thun/ mit Del auf der Brust und Schultern salben/ mit Cressen die Scheitel bestreichen/ Wetterhemd anziehen/ brennende

F

brennende

brennende Kerzen in die hände geben/ und was da mehr ist/ das den Menschen  
die Taufe zu sterben hinzu gehabt ist / dann auch wol ohn solches alles die Taufe  
geschehen mag / und nicht die rechte Griffe sind / die der Leibl scheret oder  
steuert. Er verachtet wol grösster Ding: es muß ein Ernsttheit seyn. Scilicet  
nec propter impuriores origines, &c, quæ accreverant Adiaphoris his  
necessitatis & cultus opiniones acerbè perstringendum illicò erat, qvod  
suo genere indifferens, decoro Sacramenti per aliquid secula ministrave-  
rat, nec tamen pro reliquibus illis usurpandis, & originibus illarum  
velut verè Apostolicis, antiquitate reclamante, tantà contentione  
erat pugnandum, vel etiam prout olim Cornelius apud Eusebium  
1.6. c.43.35. de Nivati agro, in lecto, sine Ceremonie illius baptismo, erat  
statim concilandum: cum jam olim notaverit Hieronymus contra  
Lucif. In vero Baptismate etiam tribui Spiritum Sanctum, etiam si non  
accedat impositio manus per Episcopum, & vel, ipso Lombardo teste,  
sufficiat verbum & elementum. Dabatur tertium: sc. superfluos ritus  
liberè resecare, &, qvibusdam minus decoro servientibus decorè sepulcru-  
m utiliores & c. einduplico, m̄z̄, & q̄q̄ p̄s̄ uilu retinere: atque hoc  
medio Turfissimus ivit magnus noster Lutherus.

## XXVIII.

Nondum in his 9. exemplis apparuit, qvod faceret pro traditione-  
bus Pontificiis, & Consilio Lovaniensi de curanda Germania per super-  
inducendam Scripturis novam fidei regulam. Videndum de ceteris.  
Pergit Basilius M. & io. allegat ritum Precatoris in precibus conversi ver-  
sus Orientem. De ritu ipso, ejusq; originibus, haut attinet iterum  
commentari. Perinde nobis, sive fuerit traditio verè, sive ψ̄dωρύμης  
Apostolica, cum in hoc nomine variè lusisse Patres publicè constet, sa-  
pè id Apostolicam traditionem appellando, qvod paulo universalior Eccle-  
siastica consuetudo, eti originis apocryphæ. Sanè celeberrima fuit  
olim Antiochenæ Syria, cuius tamen templi situs inversu notatus à So-  
crate 1.5. c.21. n.3. Altari non ad Orientem: sed ad Occidentem spectante. Sed  
qvieqid id est, nihil inde pro Pontisiorum ἡγεμονίᾳ, in primis, ex  
qvo Basilius ipse mysterium, fundamentumq; ritu illius statim subjicit,  
sc. memoriale Paradiſi, qui fuerit versus Orientem in regione Eden, unde  
in Adamo exclusi, desideremus Paradiſum celestem, καὶ εἰ Τέτω σεβάζουσι  
τὸ οὐκητήριον ἡμῶν τὸ εἰς οὐρανὸν θυμόντας εἰπούμενον. At hac  
funda.

fundamenta maximè sunt ἡγεμόνες. Conf. Gen. 2, 8, 9. Apoc. 2, 7.  
2. Cor. 5, 1. 2.

## XXIX.

Exemplu XI. Magni Basili pro traditionibus allegatur ritus stationum die Dominicō, qvō precatores stantes s. non de geniculis adorantes absolvebant preces suas. Exemplum XII. idem titus stationum in toto illo so. dierum intervallo à solenni Paschali ad Pentecostalē. Τοῦτο δὲ ὅριον Χῆρας τὸ περδίκης πελάσιον ὁ θεός μοὶ τὸ εὐχαριστήριον ἱματίον ἐξαιρεῖται i. e. (Erasmo interprete) in qvō corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiæ ritus docuerunt. Verba sunt Basiliī. Meminit ejusdem ritus Tertullianus qvoque I. de Coron. mil. his verbis: Oblationes pro natalitiis annua die faciemus. Die Dominicō de geniculis adorare nefas ducimus. Eadem immunitate à die Pascha in in Pentecostē usque gaudemus: sed & ipse & qvē ac Basilius hos ritus traditioni non scripte vendicat. Harum, inquit, & aliarum disciplinarum, si legem expostiles Scripturarum, nullam invenies. Traditio tibi prætendetur autrix, consuetudo conservatrix, fides confirmatrix. An ergo patrocinatur hoc exemplum traditionibus Pontificiorum & illorum ἀγρόφων?

## XXX.

Sanè Basilius his ritibus fundamenta supponit sequentia:

1. Diem illum fuisse primum creationis, à Mōsē, qvia s̄pē recurrit, non primum appellatum s. ΗΥΝΤ: sed unum. 2. Unum illum, cunctumq; octavum Mosaicum significasse singularem illum & verum Octavum Davidicum, cujus totiens fiat mentio in titulis Psalmorum. 3. Diem adeò primum septimana esse imaginem venturi seculi, & aeternitatis, s. significare τὸ ἀπέναντον ἡμέρας, τὸ ἀνέτοπον, τὸ ἀνέδοτον, τὸ ἀληθὲρον ἔντερον καὶ ἀρισταῖον. 4. Diem illum fuisse resurrectionis JESU. 5. Christianos cum Christo semel resuscitatos. 6. Debere adeò que sursum sunt querere. 7. Et illo in primis die date sibi gratie semetipos commonefacere. 8. Vitam illam cum Christo nunquam desituras, meditari. 9. Viaticum cœleste non negligere: sed illud ad beatam demigrationem sibi comparare. 10. Resurrectionem carnis & vitam venturi seculi peculiariter, ad anniversariam memoriam resurrectionis Iesu Christi, & toto adeò illo tempore per illas mysticas sacra Pente-costes hebdomades exerto qf. capite desiderare & commemonare. 11. Ac

tunc in primis mentem transferre a presentibus ad futuris. In hodiernum adeo mysteriorum commonitionem, verba sunt Basilii, ECCLESIAE ritus nos docuerunt, die Dominico, & toto tempore usque ad Pentecosten erecto corporis habitu precari.

## XXXI.

Constat iude utrumque ritum non saltem religiosâ mysteriorum declarandorum intentione ab Ecclesiâ veteri institutum, sed & summis articulis Scripturarum ab ipsis Patribus superstratum, in quibus nihil potentius insculcatur, quam illud futura redēctionis & gloria filiorum Dei triumfale desiderium, usque adeo ut invenerimus ad ἀναγένεσιν Roman. 8, 19. (est autem ἀναγένεσις, Sicuti interprete, idem quod ἡ νέος δοκεύει i. e. sollicitè & cupide expectare, tanquam exerendo caput ad prospiciendum eminus eum, qui venit & expellatur. Scilicet ex κέρδος per Apocopen est τὸ κέρδη τὸ κέρας & κέρα i. e. Caput, à quâ voce κέρας & δοκεύει, quod idē hic ad δοκεύει expectatio, est vocabulum κέρας δοκεύει, & hinc illa ἀναγένεσις, quam excellentiorem etiam & cum ineffabili genitio tribuit Apostolus illis, qui habent primitias S. Spiritus) & τοῦτο τὸ θάρατος κεφαλας ήμων s. ad attollendum Capim nostrae Luc. 21, 28. Prout sc. per reminiscientiam peccatorum nostrorum deprimuntur oculi, ut non possimus τὴν ὄφελην εἰς τὸ σπέρμα θάρατος Luc. 18, 13. Ita per memoriam resurrectionis I. Christi, qui resuscitatus est propter iustitiam nostrum Rom. 4, ult. attollerimur in spem Amantem, ad hereditatem immarcessibilem & impolutum, & incorrumpibilem quæ reservatur in caelis. 1. Pet. 1, 3. 4. &c., quod non tam est humiculantum, quam stantium εἰς τοῦτην μεταποίησιν & εἰλασθείας revelato vultu gloriam Domini καθηγουσα s. representamus in Speculo, & gloriamur in tribulationibus. Conf. Rom. 5, 2. 3. 2. Cor. 3, 12. 17, 18. Quid horum mysteriorum meditatione sanctius, quorum retinaculum vetus Ecclesia voluit esse ritum illuminationis precatorum? Atque utinam ita meditaremur mysterium redēctionis, ut in περιποίαι fidei attolleremus & αναγλυφήν περιποίων pari ritui fervore, Spiritum fidei testari dignaremur. Quæ supra, ex Basilio, in numeros redigimus hujus ritus mysteria, totidem Scripturarum Propheticarum & Apostolicarum classibus

nunc

anūne designamus, ne quis hīc pro Sianichio Loraniensi, vel Tridentinis  
Hereticis aliquod ἄγερον dogmaticum præsumat. I. Gen. 1, 5. c. 2, 4.  
2. Cor. 4, 6. II. Ps. 6, 1. 12, 1. 1. Chron. 15, 21. III. Zach. 14, 6. 7. IV.  
Matt. 28, 1. Apoc. 1, 10. 1. Cor. 16, 2. Act. 20, 7. V. Rom. 6, 4. 5. 10. II.  
Galat. 2, 19. 20. Eph. 2, 5. c. 5, 14. VI. Coloss. 3, 1. 2. 3. Philipp. 3, 20. 21.  
VII. Rom. 12, 11. Eccles. 3, ad v. 16. Johan. 1, 1. 19. 20. 26. Luc. 24, 48. 49.  
Act. c. 1, 4. 8. 15. c. 2, 1. IX. 2. Cor. 4, 18. Coloss. 3, 3. 4. Rom. 8, 24.  
25. 26. IX. Gen. 48, 19. Job. 17, 11. 12. 13. 14. 15. 16. X. Rom. 8, 19. 23.  
2. Cor. 5, 1. 2. 3. & seqq. Job. 19, 25. 26. 27. 1. Cor. 15, 4. 5. 6. 7. 12. 20. Matt.  
16, v. 21. Luc. 24, 46. 53. XI. Joh. cap. 20. & 21. Act. 1, 3. 4. Apoc. à v.  
10. c. 1. ad f. c. 3. Tantā Pompā Scripturarum incederent illæ Cere-  
moniæ Basili, si formandi statim forent ritus ex Scripturarum myste-  
riis. Et tamen illæ Stationes in Orationibus die Dominico, & inter  
Pascha vel Pentecosten jamdudum in necessario usu esse deferunt. Sed &  
Nazalitia (qvorum mentionem facit Tertullianus) ex Gentilismo  
Christianorū Sacris illata, & emendata toleravit ad tempus Ecclesia,  
usq[ue] dum eadem, & sanctiore Consilio Nicæna Synodus abrogavit.

## XXXII.

Exemplum traditionum (XIII) non scriptarum ponit Ba-  
silii genuum flexionem & erectionem in precibus. Sed addit statim  
mysterium: sc. signari: *Nos ob peccatum in terram delapsos, per huma-  
nitudinem Creatoris (Φιλαθρωπίας τὸ κτίσαντος) in cælum re-  
pocatos.* An autem de illo lapsu nostro & reparatione nihil in Scriptu-  
ris? Id quidiceret, Fidelis nomen hanc mereretur, cum nullum myste-  
rium clarius resonet, qvām geminum illud lapsus & reparationis, qvo-  
rum mysteriorum nec alterum sine altero intelligitur Conf. Ephes. 2.  
à v. 1. ad v. II. Act. 2, 38. 39. c. 3, 19. 20. 21. c. 13, 38. 39. Ritus sanè genuum  
flexionis in adorationibus & vetustissimus, & in V. æqvæ ac N. Testamento  
frequentatus, vid. 1. Reg. 19, 19. Rom. 11, 4. Isaïe 45, 22. Rom. 14, 11. &  
non ab Apostolis saltē aliisq; Christianis, Philipp. 2, 10. Marc. 5, 6. 9.  
Act. 21, 5. Act. 7, 60. c. 9, 40. c. 20, 36. Luc. 24, 52. sed & ab ipso Con-  
fessionis nostre Apostolo, Precatore in horto, in precibus illis primariis  
usurpatus vid. Luc. 22, 41. Ita hujus traditionis Canalem ex fonte  
Scripturarum deducere facile est, & in hoc qvoq[ue] exemplo nihil pro  
Canali τὸ ἀγερόν Papistico. Utinam autem interior flamma  
F 3 genua.

genua precaturis nobis frequentius & constantius flecteret, parique sinceritate, quâ Servatori, vel (cum hoc sit incomparabile exemplum) Apostolis aliisq; Sanctis.

## XXXIII.

Exemplum XIV. Ecclesie mysteriorum ceterum scriptum traditorum memorat Basilius M. Ipsam fidem Professionem, quâ credimus in Patrem, & Filium & Spiritum S. Neque vero de ipsâ actione s. Professione illâ Competentum, que siebat ad Baptismum, locutus hic Basilius: sed de ipsâ fidei formulâ, quæ totidem Syllabis Κωνυμοψίως, ē τάῦτα γέγονα, i. e. conjunctim, in tali vocum complexu non inventiatur in Scripturâ, cuius tamen omnes & singulos articulos, immo ipsas voces, diligenterq; s. extra talē complexum symbolicum in Scripturis non extare, ne iplos quidem impudentissimos Jesuitas defensuros presumimus. Quid Iren. l. 3. c. 3. & 4. & Tert. de praescr. adv. hereticos etiam hic provocant ad traditiones, non probat, ex Scripturis non potuisse satis firma de illis fidei articulis proferri testimonia. Committitur sc. fallacia cause. Consideretur, cum quibus hereticis res fuerit illis Patribus, cum illis, sc. qui convicti de fide Catholicâ in Scripturis fundata criminaabantur ipsas Scripturus, depravatas, obscuras, imperfectas, & de quibus Irenæus l. 3. c. 2. Cum ex Scripturis arguantur, in accusationem convertuntur ipsorum Scripturarum, quas non recte habeant, neque sint ex auctoritate, & quia varie sint dictæ, & quia non possit ex his inveniri veritas, qui nesciunt traditionem: non enim per literas traditam illam: sed per vivam vocem. Contra hos adeò id quoque valet, quod à Tertulliano dictum, sine scopo Tertulliani more suo publicant, & ostentant Pontificis: Non ergo provocandum ad Scripturas, nec certamen in illis constituendum, in quibus aut nulla, aut incerta est victoria. Præmisserat sc. Tertullianus l. alleg. hæc: Ita heresis non recipit quædam Scripturas, & si quas recipit, adjectiōnibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui intervertit, & si recipit, non recipie integras, & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diversas expositiones commentari convertit. Tantum veritati obstrebit adulter sensus, quantum & corruptior stylus! Scripturas defendunt, & hæc suâ audaciâ statim quosdam movent: in ipso vero congressu firmos quidem fatigant, infirmos eapunt, medios cum scrupulo dimicunt. Quid premorebus exercitissime Scripturarum, cum, si quid defenderis, negetur ex diverso, se quid

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

47

quid negaveris, defendatur. Et tu quidem nihil perdes, nisi vocem in concensione, nihil conseqveris, nisi bitem de blasphematione. Nihil proficere congresio Scripturarum, nisi planè, ut aut stomachi quis incat eversionem a cerebro. Ita Tertull. ex quo simul agnoscant Pontificii annullum suum coharenter cum refutis illis hereticis.

## XXXIV.

De ipsâ autem formulâ Professionis, non articulo fidei intellegendum Basiliū h. l. jam supra notavimus. Imò illam ipsam formulam Professionis, per Canalem traditionis, ex ipsâ Scripturis & formulâ baptismi Matth. 28, 19. vendicat: quoniam scil. ex baptismi traditione, juxta pietatis congruentiam, ut baptizamur, in credere debemus: & similem adeò baptismō Professionem exhibemus. Qvod ergo paulò ante negaverat Basilius: formulam Professionis fidei haberi ex Scripturis, ug̃t̃ ar̃g̃entor̃ potius locutus esse credendus est, s. contra hereticos, qvī illam quidem formulam professionis inde haberi concedebant: negabant autem, haberi inde formulam pars glorificationis: qvibus opponit Basilius hoc argumentum: Si juxta formulam baptismi credimus. E. etiam juxta eandem formulam glorificamus. Sed. E. Concessa minore probat maiorem: qvia glorificationis formula sequitur formulam fidei professionis. Et contra: Si non juxta illam formulam baptismi prescriptam glorificamus. E. nec juxta illam credimus, nec professionem adeò fidei ex Scripturis habemus. Sed prius juxta hereticos. E. Scilicet tām clarē fundatam Basilius statuit in Scripturis, in ipsâ scil. formulâ institutiois baptismi formulam illam d. Χορωφας, GLORIA PATRI ET FLIO cum SPIRITU S. quam illam Professionis formulam: Credo in Patrem & Filium & Spiritum S. Qvod si quis ergo illum glorificandi modum voluti scripto non traditum rejicit, illum teneri etiam rejicare professionem fidei, imò omnes superiores ritus, qvia nec horum autoritatem possit proferre ex Scripturis. Ita seipsum hoc exemplo explicat Basilius.

## XXXV.

Apparet, plus vice simplici, Pontificios velut in trium fo ostentantes hunc locum Basiliī, in illius applicatione multiplicem publicare ignorantem elenchi, i. A formulis glorificandi, fidem profundi, à Ceremoniis (de qvibus sub traditionum titulo Basilius agit) ad articulos fidei (qvos de Canali Traditionis deducunt Pontificii) annon saltus ingens?

ingens? 2. Ab ἀγερῷ Syllabarum, terminorum & formulærum Ecclesiasticarum, quærum tamen res, imo & ipsarum formulærum voceς διηγητικοὶ s. extra talēm τέχνην vel complexum vocum offendere licet ex Scripturis, ad ἀγερῷ rerum mysticarum, & dogmatum credendorum, annon paralogismus insignis? 3. A traditionibus fundamentaliter & virtualiter Scripture & consenzientia, ad traditiones, quæ nullo planè Scripturæ testimonio probati possunt, annon ignoratio Elenchi? 4. A ritibus veteris Ecclesie, adiaphoris, extra casum scandali Ecclesiastice libertatis, & qui usque adeò nec sunt contra fidem, nec contra bonos mores, ut potius sint retinacula pietatis, ad ritus Papisticos, magnâ parte impios, superstitiones, Scripturæ contrarios, annon cadaver consequentia? Notavit jam elīm in Ex. Conc. Trid. magnus noster Chemnitius, quām à vocabulo Traditionis haut conclamandum protenus sit ad traditiones Pontificias, cum non (1) de traditionibus Apostolicis post viva vocis præconium canonice descriptis non (2) de Gustodiâ & Traditione Ecclesiastica Canonis, non (3) de dogmatibus fidei ἡγεμονίæ e. c. de Symbolis veteribus, Scriptura sacra consonantibus, non (4) de genuino Scriptura sensu & nativâ interpretatione, ne quid admittatur contra analogiam fidei in Symbolis Catholicis expressam, non (5) de Traditionibus dogmaticis, quæ licet non sint è τῇ γεγραφῇ s. literâ, sunt tamen è γεγραφῃ, s. Scripturâ (unde faciliter evidentiæ consequentiæ deducuntur eti si non totidem literis & Syllabis expressè dicuntur.) non (6) de Catholicis Patrum Consensu, & vera antiquitatis testimonio. non (7) de ritibus & consuetudinibus quibusdam vetustis, sive verè sint originis Apostolica: sive propter antiquitatem & majorem autoritatem ad Apostolos relate: sed de Traditionibus dogmaticis, de articulis, sive fidei, sive vite Christianæ, nec è γεγραφῃ nec è γεγραφῃ ullo modo extantibus: sed ex aliâ regulâ Verbi non scripti precedentibus, pari nihilominus reverentiâ & pietatis affectu suscipiendo & venerandio quæstio sit, quales sc. sint e. c. Invocatio Sanctorum, Oblatio sacrificij ineruenti, Communio sub unâ primatus R. Pontificis, Sacramenta s. Cælibatus Sacerdotum, purgatorium, nundinatio indulgentiarum, ita ut & his & longè plurimis corruptelis, abusibus, ac superstitionibus defendendis, firmamentum statuatur sola Traditione, & ubi postulatur, ut vel ex consensu antiquitatis s. testimonio veteris Ecclesie Catholicæ talitem legitiment.

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

49

mare illam traditionem, opponatur Romana Ecclesia præsens. Quie-  
quid sc. credit, tenet, & servat Ecclesia Rom. præsens, ex Concilio Tridentino  
estimanda, illud, et si in Scripturis non habetur, ex traditione tamen Aposto-  
licâ necessariò creditur & tenetur. Per hanc sanè Traditionis epitо-  
men, sub quā *fastissimi* pandecta superstitionum & errorum continentur,  
facile est Sinnichio & aliis Tridentinis triumphosibi parare de Confes-  
sionistis, & cum illo ex Galliis Episcopo, in ipsis Tridentinis initii excla-  
mare: VENIMUS, VIDIMUS, VICIMUS. Constat autem ex supe-  
rioribus: In omnibus illis exemplis Basili M. nihil esse pro Traditionibus Pa-  
pisticis: sed illa omnia ad numerum Chemnitianum 3. 5. 7. legitima-  
rum traditionum commodissimè referri. Legitiment Pontifici pari ra-  
tione ex Scripturis e. c. Canonem sue Missæ cum reliquā Theatricā pompā,  
quā Basilius, in exemplis superioribus, sive formulam glorificationis, sive  
fidei Professionem, vel saltem ternam mersionem, signum crucis, abrenunia-  
tionem, & credemus æqvè illum, ac hæc esse Apostolicæ traditionis.  
Ostendant parem antiquitatem suarum traditionum, ex genuinis  
Patrum Catholicorum scriptis, & nec adulterent hæc, nec utantur adul-  
teratis, nec singant ipsis falsa & supposititia, nec ab aliis ficta proferant.  
Ostendant æqvè Scripturis esse consentaneas, vel saltem non magis  
contrarias: & palmarum dabimus. Vel, si id facere non possint, agno-  
scant Canalem Romanum corruptum & reficiant.

## XXXVI.

Ceterum negare tamen haut licet: duriusculè locutum M. Basili-  
um in hæc Disputatione de Traditionibus, & paria ferè Canoni Tridentino,  
adèò, ut de loco illo, an sit *νόητος*, Chemnitii judicio non sine causâ,  
dubitaverit Erasm⁹. Videamus, an ipsam quoq; regulam vel thesin liceat  
vendicare Basilio, & Basilium M. nobis? Et sic ne hæc quidem qvicquam  
pro Canali traditionis Pontificio, & ipso Sinnichio. Et primò quidem, in illo,  
quod Apostolorū traditionis, præter Scripturam, quædam tribuit, haut est ac-  
cusandus, cum omnino verisimile & jam dudum à nostris concessum sit:  
quosdam etiam alios externos ritus, qui in Scripturis annotati non sunt, ab  
Apostolis traditos esse. Neque vero tantum ritus allegat Basilius: sed &  
formulas e. c. glorificandi SS. Trinitatem, profundi fidem in Deum Patrem  
& Filium & Spiritum S. qvin inter illas & has distribuit Dogmata &  
*καρύγματα*. Atque haec formulæ sive pari sive propiore vi remon-  
strantur

G

## DE CANALI TRADITIONUM

Strantur Apostolica, qvam Symbolum. Sed nec opus est, ut in singulis, qvæ supponit, exemplis, legitimetur origines Apostolica: poterat etiam quosdam ritus ab Ecclesia post Apostolorum auctem additos, & usu Catholicos, Apostolorum traditioni vendicare, sive qvod non aliz constarent origines, sive, qvod haberentur consentanei ritibus verè Apostolicis: prout Tertullianus concedit, Apostolicas Ecclesias dici posse etiam illas, qvæ nec sint fundatae ab Apostolis, nec à Viris Apostolicis, modò consonent doctrinaliter Apostolicis. Qvin & ipse Basilis, deinceps, APOSTOLIS addit PATRES, qui in primordiis Ecclesia certos ritus prescripserint, intentione τοῦ Φιλάρετοῦ Τοῦ μυστηρίοις ἡ αρχή γέγενται. Distribuit ergo traditiones illas inter Apostolos & Patres, & quasdam adscribit Apostolicis originibus, quasdam Ecclesiasticis s. Patrum Catholicorum. Hactenus adeò nec Basilio per hæc verba periculum, nec nostræ orthodoxæ per Basilium. De cetero, qvod dogmatum quoque meminit qvæ habeantur ex traditions non scriptâ, jamjam expediendum erit.

## XXXVII.

Majoris momenti id, qvod dicit: illæ dogmata, que habentur ex Apostolorum traditione non scripta, parem vim habere ad pietatem, cum iis que scripta sunt, & deinceps: si quis traditiones non scriptas velit rejicare, fore ut gravissimum Evangelio detrimentum inferatur, & ipsa fidei predicatione ad nudum nomen contrahatur. Hæc scil. ex aſſe videntur consonare Canonii Tridentino, in qvibus proinde mirificè ſe efferunt Pontificii. Videndum, an ex ipſo Basiliſe liceat has transcendentes hyperbolas & encomia traditionum à Syncretismo Papistico vindicare. Ethoc qvidem facilis eſt expeditionis. Postulavimus jam, ut traditiones suas ostendant Scripturis aquæ consentaneas, certè non contrarias, ac nos illas, qvas sub superiori ſententiâ poſuit Basilis. Id cum facere non poſſint, & tamen ſententias has Basiliſe truncatas nobis opponant, postulamus 2. ut ſententias has Basiliſe cum exemplis conferant, & illas ex his intelligant. E.C. Formulam illam glorificationis, & fidei professionis haberi dicit ex Apostolorum traditione non scriptâ. Qvis autem neget, has formulas parem vim ad pietatem habere, cum formulæ glorificationis & credendi, que eodem literis & Syllabis habentur in Scripturis? Idem ergo, qvod Basiliſe dicit haberi ex traditione non scriptâ, omnino habetur ex Scripturis, nec ſaltem fundamentaliter, materialiter, virtualiter sed &

## Ex SENTENTIA BASILII MAGNI.

sed & quodammodo formaliter, et si non præcisè in tali complexu syllabico, e. c. ut dicatur: *Gloria Patri & Filio cum Spiritu S.* Et hoc respetu Basilius dicit, id haberi ex traditione non scriptâ. Ipsum enim dogma de divinitate & equali majestate ac gloriâ Spiritus S. cum Patre & Filio, ex Scripturis haberi, nunquam dubitavit Basilius: quia potius ex illis firmissimè contra hereticos probavit. Coeterum, cum urgeant universalitatem illarum sententiarum, postulamus 3. ut vel ostendant omnes illos ritus & consuetudines, quarum exempla ponit Basilius, in Ecclesiâ Catholicaâ semper & ubique observatas, vel, cum id facere non possint, agnoscant: illas non habere parem vim ad pietatem, nec esse tales, per quarum abrogationem ipsa fideli predicatione ad nudum nomen contrabatur. Notavit jam olim Chemnitius: *Trinam immersionem, verba illa invocationis, dum panis Eucharistie ostenditur, Orationes die Dominicâ, prohibitionem geniculationis inter Pascha & Pentecosten, jamdudum apud ipatos Pontificios in necessario usu esse desuisse.* Conf. qvæ jam supra notavimus ex Gregor. M. l. 7. op. 64. & vid. Socrates Hist. Eccl. l. 5. c. 21. Imo postulamus 4. ut vel concedant, signum crucis, trinam immersionem, benedictionem aquæ baptisimi, unctionem olei, candem habere vim cum ipso baptismo, ita ut illis abstractis Baptismus ad nudum nomen contrabatur: & in Oratione ad Orientem converti, candem habere vim, cum adoratione in Spiritu & Veritate, ita ut non nisi nudum nomen adorationis supersit, nisi Preceptor respiciat versus Orientem: vel, si hec ne ipsa quidem Jesuitarum impudentia concessura sit, agnoscant: illam hyperbolent traditionum Basiliyanarum, cum discretione, nequaquam autem promiscue & univer saliter, applicandam: quia potius ex exemplis suppositis catholicaâ explicatione mitigandam & limitandam. Et ita *νοτίως* satis factum pro Basilio.

## XXXVIII.

Qvâ rem ipsam, Basiliū, præter superiora, ipsumq; titulum e. 27. conciliat thesis, quam superioribus sententiis præmittit. Super est, inquit, differere, de Syllaba CUM, unde cœperit, & quam vim habeat. Καὶ πῶς Κύριος ἐστι Ιη̄ Ζεφῆ. Hic jam plagam patiuntur primam traditiones Pontificie. Basilius, in mysterio de Majestate S. Spiritu, fundatissimo (בְּהַרְרוֹ קָרְשׁ) i. e. in montibus sanctitatis f) in ipsis Scripturis, probaturus: *Spiritu S. cum P. & F. simul adorandum & glorificandum, ita ut in ipsa δοξολογia formulâ consonanter mysterio dicatur Gloria Patri & Filio, cum Spiritu S. provocat ad Traditionem*

Apostolicam, & illam ipsam formulam parem vim ad pietatem habere afferit, cum illis formulis glorificandi, quæ leguntur in Scripturis, & agnoscit in exemplo principali (quod occasionem dedit excursioni illi ὅτι τὸν ἀγερόφων τὸν ἐκκλησίας scilicet de traditionibus Ecclesia non scriptis) concordantiam SCRIPTURÆ vel Κύριον τὸν γέροντα. Ergo talis quoque Concordantia Scripturarum supponenda est in illâ ipsâ Basiliæ regula, atque adeò, quicquid encomii, per Basilium, datur traditionibus Apostolicis non scriptis, intelligendum de talibus traditionibus, quæ et si non formaliter prostant in Scripturis, tamen Κύριον habent cum Scripturis, & propter has parem vim ad pietatem, ac sic pulcherrimè Basiliæ hæ sententia consonat Irenæo, qui, quæ ipse est Polycarpo, Polycarpus ex Apostolis, qui verbum vite viderant, didicerat de Domino Iesu, de virtutibus & doctrina Iesu, fatetur fuisse πάτερ Κύριον τὸν γέροντα, scilicet omnium Scripturarum consona. Comparentur jam illa, quæ titulo traditionum jacent Pontificii, cum illis Polycarpi & Basiliæ traditionibus Apostolicis, & patebit tantum discrimen, inter has & illas, quantum inter lucem & tenebras, inter Christum & Belial.

## XXXIX.

Distinguit Basilius Dogmata & κηρύγματα, Ecclesiaz custodiz commissa in τὸν τὸν ἀγερόφων διδασκαλίας, & τὸν τὸν Ἀντίλογον γέροντας, scilicet in scriptis & traditis. Et adeò, quæ habentur ex traditione Apostolicâ, contradistinguit illis, quæ ex doctrinâ scriptis habentur: Utrobiique ponit δόγματα καὶ κηρύγματα: ut tamen inde non magis sequatur, κηρύγματα quæ habentur ex traditione Apostolicâ, nullo modo esse doctrinæ scriptæ: quam, δόγματα que habentur ex Scripturis, non esse in κηρύγμati traditionis Apostolice. Dicant sincerè Pontificii, annon doctrina illius δοξοlogias & iuvelorius τὸν τίσεως seu glorificationis & professionis fidei Basiliæ sit aliquid ἀγερόφορ? Si negabunt, heretici sunt. Si affirmabunt, fateantur per hunc locum Basiliæ non obtineri dogmata fidei, quæ habentur ex traditione Apostolicâ, Scripturis contradistinctâ. Sic, qui negabit ipsum dogma scilicet mysterium signi crucis in Scripturis, negabit in illis contineri articulum de Christo crucifixo, & crucifixi patrimonio: & tamen ipsum Signum crucis, exemplum Basiliæ est, pro traditionibus non scriptis. Eadem ratio respectus Precatoris versus Orientem, & similium dogmatum Ecclesie: A quibus non concludendum statim ad dogmata fidei.

XL. Distin-

## XL.

Distingvendum pro Basilio est inter 1. ipsas formulas (e. c. glorificationis & professionis fidei) & ritus præcisè consideratos. 2. fundamenta formularum & rituum. 3. Rationem fundandi & applicandi ad tales ritus & formulas. Primum & tertium, Basilus ex traditione Apostolorum occultâ deducit: sub titulo sive *καρυγμάτων*: sive *δογμάτων*, ut tamen nec neget, ipsa dogmata agendorum talium, materialiter, absolute & citra rationem illam applicandi considerata, in Scripturis expressa, nec, ipsa *καρυγματική* mysteriorum credendorum Scripturis esse consonantia. Et sic pulcherrime seipsum explicat Basilus, dum non saltem nullum in exemplis allegat fidei articulum, qui habeatur ex traditione non scriptâ: sed &, dum ipse distingvit inter ipsos ritus notorios, & rationes rituum arcanas, non nisi paucis cognitas, in quibus rationibus dantur articuli fidei: Sed quorum nullus est, qui non sit *εὐχαριστία*: quod in exemplo genuflexionis, respectus versus orientem, stationis in Dominico, & intervallo Pascha-Pentecostali, ex ipso Basilio ostendimus, & in exemplis formulæ glorificationis, professionis, eucharistie invocationis, signi crucis, consecrationis, aquæ baptismatus, unctionis, terrena immersionis, abrenunciationis, jam supra remonstravimus. Atq; sic dogmata talium formularum ac ceremoniarum, & ipsæ formulæ seu ceremoniæ tales traditæ, respectu sui fundamenti doctrinalis, parem vim ad pieatem habent cum illis, quæ immediate habentur ex Scripturis sive sint dogmata, sive *καρυγματικές*: quia & illa dogmata tam formularum quam ceremoniarum, materialiter sunt *εὐχαριστία*, & ipsi ritus, quia æquæ ac illi, qui sunt institutionis Apostolicæ scriptæ, ædificationi, ordini & decoro ministrant, de cœtero parem vim ad pieatem habent cum ritibus verè Apostolicis in Scripturâ expressis. Tam sc. illi, quam hi, declarant alicubi mysterium in Scripturis manifestatum: tam hi, quam illi decoro ministrant: tam hi, quam illi, ex tua casu scandali liberas habent observationes, & pro ratione ædificationis, loci, personarum, temporum, possunt institui, mutari & abrogari. Ipsi Canones Apostolici de suffocato & Sangvine, (& juxta Chemn. illi de Capite aperto in orantib⁹ & prophetantib⁹ Viris, velato in mulieribus) jamdudum in necessario usu esse desierunt. Qvis neget e. c. abrenunciationem, in Baptismo, quatenus doctrinam de Baptismo in Scripturis traditam uti-

liter explicat & illustrat, ad pietatem, ad ipsam mysterij vim, habere se pariter cum aliis ritibus Apostolicis scriptis? Qvis neget, professionem fidei, ad baptismum, in Adultis, habere parem vim ad pietatem, cum ritu immersionis? Discernenda sunt exempla Basili: neq; enim omnia adiaphora sunt. Necessarium est ad salutarem baptismum omnis adulti baptizandi, ut credat, & fidem adeo externè profiteatur Act. c. 8, 37. Necessarium est, ut reipsa abrenunciet regno Diaboli, Luc. 19, 8. 9. Act. 19, 18. 19. At non necessarium est, ut id faciat hæc ipsa formulæ, hoc vel illo signo sive audibili sive visibili. Sanè, sine his signis externis verus & salutaris baptismus est: at sine illo verbo, doctrinâ, mysterio, quod tali vel tali signo declaratur, explicatur, illustratur, verus & salutaris baptismus non est. Tolle ritus omnes, cum illis fundamentis & dogmatâ cum doctrinâ, quas signant & explicant, & jam sustulisti Sacramentum, ac remanebit nudum elementum. Tolle dogma crucis, cum signo: ritum ternâ immersionis cum SS. Trinitate s. ipso mysterio, & jam exhaeres eris patrimonii crucifixi, & utrobiique non remanebit, nisi NUDUM NOMEN Baptismi & crucis mysterii.

## XLI.

Ita ergo, qui in primordiis Ecclesie certos ritus prescriperunt Apostoli & Patres, in occulto mysteriis suam servavere dignitatem (mysterium enim non est, quod ad vulgares & populares aures effertur) & citim scriptum quedam tradiderunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemnum, verba sunt Basili: quæ, quomodo Scripturæ mysteriis & horum propositioni s. κηρύγματι non præjudicent, ore rotundo Basilis ipse pulcherrimâ nos sententiâ docuit: Aliud, inquit, est dogma, aliud κηρύγμα (s. Prædicatio.) Et δόγματα C. i. m. τὰ ἡ κηρύγματα δημοσίευτα: i. e. dogmata silentur, prædicationes publicantur. Nec licet negare contemptus tunc & irreverentia periculum, si promiscue in vulgus ivisset rationarium dogmatum sagendorum Ecclesiasticorum. Habuit Ecclesia vetus causas justas, ut tempestivè talia celaret. Sed & nunc, ex ipsis Scripturis, plura articulorum fidei non penetrantur, quæm prædicantur: Επ μέρες τὸ γνώσκειν οὐ ἐκ μέρες τερψτάνειν 1, Cor. 13, 9. Et licet non simus Infantes vel νήποι tales, quales illi sub veteri fædere τοῦτο ἀδεῖ τὸ πίστιν Gal. 3, 23, c. 4, 1. 2. 3. tamen, etiam nunc, in eminentiori comparatione, ὡς νήποι λαλεῖσθε, ὡς νήποι φερ-

18 me,

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

55

τεμεν, ὡς νῦνοι θεοί γένεσθαι: quippe qui non videmus nisi per transueniam, & in enigmate i. Corinth. 13, ii. 12.

## XLII.

Facit pro Basilio in c. 27. Basilius in c. 7. & 8. ejusdem libri de Spiritu S. ubi, cum ad ipsos rusticanos provocasset, apud quos etiam nunc antiqua resideat formula glorificationis η δεκαήρηση. Φωνὴ (sc. CUM Spiritu S.) & commendasset antiquitatis Majestatem s. Majorum traditionem, cui, qui nova preferrent ornamenta & νινεγμαῖς s. novas vocum fictiones, similes sint illis qui vestes novi Schematis, veteri communiq; præferrent, statim subiecit: *Quod à majoribus nostris dictum est & nos dicimus: Gloriam esse communem Patri cum Filio (cum Spiritu S.) quapropter & glorificationis hymnos Patri simul cum Filio offerimus. Sed nec hoc nobis SATIS EST SIC A PATRIBUS ESSE TRADITUM: NAM ET ILLI SCRIPTURÆ SECUTI SUNT AUTORITATEM, EX TESTIMONIIS SCRIPTURÆ sumta origine.* Allegat Hebr. 1, 3. Τὸ διάνυσσα μὲν & δόξην τοῦτον. καὶ η εἶναι μὲν τὸ δέκατον i. e. SPLENDOR intelligitur cum GLORIA s. ipso fonte Lucis, IMAGO CUM EXEMPLARI PRINCIPALI, ET FILIUS OMNINO CUM PATRE, ut nec verborum consequentia, nec natura rerum admittat separationem. Pulcherrimè Basilius traditionem majorum consonantem Scripturis ostendit in exemplo summo, & in hoc, ex titulis Filij descriptis ep. ad Hebr. 1, 3. colligit: *Si Filius απαύγασμα s. splendor fontana lucis. E. à Luce inseparabilis. Si character vel imago Patri, qvntum substantia est. E. & imago consubstantialis, & ab illo, cuius est imago vel character, inseparabilis. Idem argumentum pro inseparabili Spiritu, & cum Patre adeò ac Filio, & qvè glorificando, habetur in fine c. 26.* Apparet, qvomodo ex c. 27. Basili & illis traditionum encomiis nihil pro Pontificiorum traditionibus & Canali Tridentino.

## XLIII.

Facit pro Basilio Catholico contra Pontificios, qvod contra Hæreticos Syllabam accusantes, revera autem mysterium impentes concluserat Basilius: *Ob unicam diffinculam CUM, in formulâ glorificationis, hanc parum momenti ad mysterij vim adferentem, nec nudiusser-*  
tius

terius excogitata: sed à majoribus acceptam, non fuisse contendendum, & cum illa Syllabā consonante Scripturis, arox adeò & implacabile bellum gerendum, in primis, cum Ecclesia Catholica ambabus utatur vocibus IN & CUM, alterà dignitatem S.S. exprimens, alterà, gratiam, quæ nobis ab illo, est declarans, & tam glorificans Patrem IN Spiritu, quam Patrem CUM Spiritu, NIHIL EX SEIPSA DICENS: SED VELUT E REGULA DOMINI-CÆ DOCTRINÆ dictionem transferens. Qvænam autem illa regula Dominicæ Doctrinæ? Pergit Basilius: Nameum qui in baptimate connumeratus est, necessariò judicamus & in fide oportere copulari. Regula adeò illa doctrinæ, ad quam Basilius formulam glorificationis istamq; traditionem revocat, est regula scripta de baptizando in nomine Patri & Filii & Spiritus S. unde argumentatur: Spiritus S. in autoritate baptismi copulatur cum Patre & Filio. E. etiam copulandus in autoritate credendi, & (quia professionem fidei, velut Matrem filia, sequitur glorificatio) formulâ glorificandi: atque adeò ita dicimus gloriam Patri & Filio IN Spiritu S. ut & gloriam dicamus Patri CUM Filio & CUM Spiritu S. si quod idem, Patri, & Filio, & Spiritui S. non soli Patri IN Spiritu S. Doceant, inquit, nos, ne baptizemus, quemadmodum accepimus, aut, ne credamus, quemadmodum baptizati sumus, aut, ne glorificemus, quemadmodum credidimus. NON igitur FAS EST CUIQVAM, SYLLABAM EX ORE DOMINI PROFECTAM REJICERE, AUT EXPUNGERE: nec quicquam retat, alteram, quæ idem pollet, recipere. Ita traditionem æquipollentem Scripturis in hoc exemplo principali Basilius agnoscit, quin illius formulæ æquipollentiam, ex ipsâ phrasî Apostolicâ in uno tunc mate 1. Cor. 5, 4. ostendit, atque ita concludit caput 27.

## XLIV.

Sed & super istiusmodi traditione glorificandi Patrem & Filium CUM Spiritu S. apologiam ex ipsis Scripturarum formulis scribit toto c. 8. his & similibus Syllogismis: Si Ecclesia habet vitam CUM CHRL-STO. E. incomparabiliter magis Spiritus Christi habet vitam CUM CHRL-STO. Sed. E. Minorem probat ex Coloss. 2, 13. Et adeò cum Christo quoque copulandus, & in professione, & in glorificatione. 1. Si Paulus ἐν δημοσίῳ εἰς τὸ Κάπελον est CUM Christo. E. incomparabiliter magis Spiritus S. est CUM Christo. Sed. E. Minorem probat ex 2. Cor. 5, 8. Philipp. 1, 23, 3. Si Paulus est Cooperator Dei s. operatur CUM Deo. E. incomparabiliter magis S. S. Sed. E. Minor. 1. Cor. 3, 9. 4. Beati rapti in nu-

EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

57

in nubibus, in aeternum, semper erunt CUM DOMINO, GLORIFICANDI CUM DOMINO. Rom. 8, 17. 1. Thess. 4, 17. Et Spiritus S. qui comparatur s. connumeratur Patri & Filio, non erit CUM CHRISTO? Atque, inquit Basilius, hec dico, non ut ostendam tantum honoris duxit at debet: Spiritui in glorificatione: sed ut eorum dementiam redarguam, qui ne hoc quidem illi concedunt: sed velut impietatem horrent in gloria Spiritus confortium cum Patre & Filio. QVIS, inquit, POTEST HÆC ABSQVE GEMITU COMMEMORARE.

XLV.

Attendatur indoles hereticorum illorum, cum quibus Basilio res fuit, ex ipso hoc Basilii libro c. 10. qui sc. probationes ipsius γέμιμας, s. Literæ, è Scriptura magno clamore exigebant, qui Patrum testimonia, que scripto prodita non sunt, velut nullius momenti rejiciebant, qui de æquali gloria S.S. cum Patre & Filio convicti ex Scripturis, non desinebant sursum deorsum jacere: Dei cum Spiritu S. glorificationem carere testimonio, carere Scripturâ, vid. c. 27. per quos ἀπόστολος γάγει τὸν ἀνατίπτα, s. illa quibus minimè contradicfas erat, siabant ambigua. Contra quos adeò non ob insufficientiam Scripturarum, ac si ex illis confutari non potuerit causa hereticorum, Basilius provocat ad Traditiones non scriptas, quas & ipsi vel nullius momenti æstimabant, immo ex quibus æstimatis, pro suâ formulâ: In Spiritu S. æquè pugnare poterant: sed ut veritas illius formula in Scripturis fundata & inde solidè confirmata, ipsâ quoque incorruptâ Ecclesiæ consuetudine magis conspicua redderetur, & ostenderetur: non esse illam, prout Adversarii crimina- bantur, novam, &c, nec à Scripturis, nec ab Ecclesiæ probatum formulam, argumentis Scripturarum, consensum subjungit antiquitatis, & hæc occa- sione c. 27. digressus est in illa encomia traditionum, quomodo & c. 29. Arbitror, inquit, Apostolicum, etiam non scriptis traditionibus inbarere. Quales autem intelligat tradiciones, vel uno hoc exemplo satis jam remonstravimus. Quarum, inquit, maximè una est & hec, de qua nunc agimus, (formulâ sc. Gloria Patri & Filio, cum S. S.) quam qui ab initio prescripsérunt, tradideruntq[ue] posteris, usū simul semper cum tempore pro- grediente, per longam consuetudinem iradicarunt. Allegatis deinceps Patribus & consensu Ecclesiarum Orientis ac Occidentis, purgat fese in hujus formulâ Apologia à novitatis crimine. Conf. supr. th. 19. & 33. Nos, quam honorifice de Catholicis Patrum consensu sentiamus, &

H

quam

DE CANALI TRADITIONUM  
quām ab hereticis illis dissentiamus, solidē M. Chemnit. notavit in Ex.  
Conc. Trid. ad 4. & 6. genue Traditionum.

## XLVI.

Redimus novissimè ad objectum à Sinnichio Lovaniensi ex B.  
filio locum, qui pro stabiliendo Papismo illud quoque facere putavit,  
quod occasione superiori, de ipsis Scripturis, ob periculum contempsus  
& irreverentia, obscuris, dubium occupavit: Est, ait Basilius, silentij spe-  
cies etiam obscuritas, quæ utitur Scriptura intellectu difficultem reddens dogma-  
tum sententiam, idq; ad UTILITATEM IN SCRIPTURIS VERSAN-  
TIUM. Et illa quidem, quæ ad predicationem s. doctrinam nostram  
ipsamq; salutem necessaria sunt, clarissimè de Scripturis publicari pos-  
se, concedit: ipsis nihilominus dogmatibus, & summis fidei mysteriis  
in locis bene multis ἀοιδαῖς s. minus perspicuum propositionem, quæ  
habeat instar quoddam silentij religiosi tribuit, propter quam sensus  
dogmatum alicubi sit intellectu difficultior. An autem planè silentur  
illa dogmata, & illacrymabili urgentur nocte, ita ut ex Scripturis nullo  
modo sint cognoscibilia? Basilius sanè, non silentium, vel Λιωπλοῦ tribuit  
Scripturæ: sed saltem apparentiam silentij, vel τὸ Λιωπῆν εἶδό, &  
illam appellat Αοιδαῖς s. imperspicuitatem, per quam sensus dogma-  
tum sit, non ἀθεωρητό s. planè non cognoscibilis: sed δυοτερῶντος  
i. e. difficulter intelligibili, planè prout in dogmatibus Epistolarum Pauli  
quædam δύστοντα, s. intellectu difficultior esse (ut tamen non illa solum:  
sed & ceteras claviores Scripturas ad suam ipsorum perditionem depraventes  
indotti & instabiles) Petrus asserit 2. Ep. c. 3, 16. Neq; Scripturis extensivam  
aliquam universalem: sed particularerem saltem in mysteriis alicubi obscurius  
propositis tribuit ἀοιδαῖς: neque hanc damnosam, & quæ à Scriptu-  
rarum lectione, velut desperata intelligentia, Consultorem ad Cana-  
lem Traditionis avocet: sed UTILEM, quæ Lectorem ad preces, ad  
ardentius scrutinium, ad majestatis Scriptura estimum, vehementius  
excitet, Utilem, inquam, ut ab intellectu, cui facile investigata plerumque  
pilescunt, falsidum removeatur, ut arrogantia retundatur, ut ad stu-  
dium sanctius Lector invitetur, ut, per comparationem cognitionis  
in via, (in quæ per fidem ambulamus, videntes per transennam & in anti-  
gmate, sc. cognoscentes & prophetantes quidem: sed non nisi ex parte) ac  
futurae perfectionis in patriâ, (ubi, simul veniet τὸ μάκεν τ. perfectum-  
videbis-

## EX SENTENTIA BASILII MAGNI.

59

videbimus facie ad faciem,) ad futuræ vitæ desiderium attollatur. Ita pulcherrimè Basili sententia liberatur à calumniâ obscuritatis Scripturarum Papistica, cum quæ, quæm nihil illa commune habeat, ignorare nemo poterit, nisi, qui, quid inter nos & Pontificios in hæc quæstione controversum sit, nescit.

## XLVII.

Volusiano olim illustri Domino AUGUSTINUS Consilium lectio-  
nis Scripturarum his verbis dederat: *Hec tor, ut literarum VERE  
CERTE q; sanctarum studio te cum non plegeat impendere. Sincero  
enim & solidares est, nec fucatus eloquii ambit ad animum, nec ullo lingua  
recteriori inane aliquid aut pendulum erepat. Principù Apostolorum linguas  
exhortor, ut legas: ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis, quo-  
rum testimonias utuntur Apostoli.* Non agnovit sane Augustinus illam  
quæm Pontifici clamat, Scripturarum obscuritatem, per quæm,  
ex praxi Pontificiorum, Volusianum potius avocare debuisse,  
quæm impellere ad Scripturarum studium. Et in ipsâ quidem lectio-  
ne posse Volusiano dubium aliquod, quod Ecclesiasticam desideret  
explicationem, incidere, non negat Augustinus, addens ista: *Si quid  
autem vel cum legis, vel cum cogitas, tibi oritur questionis, in quo dissol-  
vendo videar necessarius, scribe, ut rescribam: tantâ tamen in illis in-  
primis, quæ continent fidem moresq; vivendi, radiare judicavit Scripturas  
Novi in primis Testam. claritudine, ut non has saltē legere & intel-  
ligere Vir illustris potuerit: sed etiam ex his excitari ad cognoscendos Pro-  
phetas: qui idem alibi distinguit inter illa, quæ necessaria sunt saluti &  
fidei, sine quæ pè recteq; non vivitur, ad quæ non magnâ perveniatur difficultate, &c., quæ ultra illa, intelligenda sunt proficiens, mysteriorum umbra-  
cula, ad quæ ob latentem ibi sapientia altitudinem difficilis accessus fit. Atque  
in his, obscuritatem vel profunditatem non negat Augustinus, quin fatetur  
potius, magnificè & salubriter Spiritum S. ita Scripturas modis avisse, ut lo-  
ci apertioribus fami occurreret, obscurioribus fastidia detergeret l. 2. de  
doct. Chr. c. 6. propter quæm tamen profunditatem vel, prout Basilius  
appellat, àorū Peccatorum particularem mysteriorum, pronunciandum haut  
est pro titulo universalis obscuritatis, cum clariora Scripturarum non  
ex obscuris obscurentur: sed obscura potius ex clarioribus illustren-  
tur, unde verbis, quæ supra citavimus, subjungit Augustinus: *Nihil ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non alibi planissimè dictum repe-**

H. 2

riatur,

riatur, & Ad obscuriores locutiones illustrandas de manifestioribus sumantur exempla, & certarum sententiarum testimonia, dubitationem de incertis auferant. Ita per hanc obscuritatem non magis illustris Volusianus arcendus erat à Scripturarum lectione, & ad Canalem vel Clavim Traditionis alegandus, quām Illustres olim Beroenses, qui Paulo prædicante, scrutabantur, an, quæ Paulus docebat, consona Prophetarum Scripturis essent. Act. 17. 11. Nondum scilicet tunc constabant illa portenta, quæ, occasione judicii superioris, Basilio impurat Sinnichius: Scripturas ita esse obscuras, ut sine adminiculo traditionum studiose suppressarum nequaquam penetrantur mysteria religionis. Apostolos dogmatu multa Christiana religionis scripto evulgasse, clavim tamen scientia non omnibus Lectoribus communicavisse: sed in Traditionum sacraario penes Ecclesiam reservato collocasse. Ita scripsisse apostolos, prout Aristoteles Acroaticos, qui noctante A. Gellio l. 10 c. 4. indignanti Alexandro M. ob editionem Acroaticorum responderit: Acroaticos libros, quos edites quereris, & non perinde, ut arcana, absconditos, scito, neque editos esse, neque non editos. Cognobiles enim tantum iū erunt, qui nos utique audierint. Ita Sinnichius, usq; adeò in his portentis suiplacentiam designans, ut exclamer magnus Germaniae Æsculapius: Ecce quid Confessionis suggesturus fuissim, si per me remedium suo morbo curando, & germanico dissidio terminando assignari petissem. Quām non consonet illud remedium sive Scriptura, sive Patribus, & nec ipsi sive Cypriano, sive Basilio, quos in primis hic appellat, abundē jam nunc post superiora constare poterit & porrò quoq; constabit.

## XLVIII.

Ad Majestatem Scripturarum præPatrum Catholicorum Scriptis, facie illa ipsa divinarum profunditas literarum, ne nimis hos admiremur, & tantum tribuamus horum intelligentiæ, quantum Scripturarum eminentiæ, cuius in Volusiano & Augustino nobile specimen appetet. Scripserat Volusianus Augustino, propositurus quæstionem, quomodo intra corpusculum vagientis infanticie latuerit, cui parva fuerit Universitas? quomodo larvalis purgatio, debilitum cere, redditam vita defunctis, non sint parva Deo? Addidit quæ paulò ambitiosius in se dicta agnovit Augustinus: Accepisti Virtutius glorie capax imperitie confessionem. Interest famatus, ut agnitus noverimus. Utcunq; absq; detrimeno cultus divini in aliis Sacerdotibus toleretur inficitia: at cum ad Antistitem venitur Augustinum, **LEGI DEEST, QVIC QVID CONTIGERIT IGNORARI.** Respon-  
dit Au-

dit Augustinus, deprecatus illa immodiæ de se præsumptionis vocabula: Hanc de me opinionem facile præsumtam queso deponas, eumq; animum, quamvis erga me benevolentissimum, solvas atque exuas: ac de me mibi magis, quam ulti alij credas, si mibi dilectionis vicem rependas. His præmissis illam insignem subjecit sententiam pro Scripturarum Majestate: Tanta, enim, inquit, sacrarum est profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, sicas SOLAS, ab ineunte pueritâ usque ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere: non quod ad ea, qua sunt necessaria saluti, tanta perveniatur difficultate: sed cum quicunque ibi fidem tenerit, sine qua pierdeat, non vivetur, tam multa, tamq; multipliciter mysteriorum umbraculū opaca intelligenda proficientibus restant, tantq; non solum in verbis, quibus ista dicta sunt: sed etiam in rebus qua intelligenda sunt, latet altitudo sapientie, ut acutissimis, annosissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc contingat, quod eodem loco Scriptura habet. Cum consummaverit homo, tunc incipit. Atque hoc est illud ad C. Cuius de quo supra Basilius qui sui ipsius Interpres est in exemplo summo l. de ver. fid.

## XLIX.

Nihil adeo per has sententias Basilii pro querela obscuritatis Scripturarum Papistica: nihil & per illas, & per exempla Basilii, qvæ formulæ mysteriorum ἵψεως & rictum Scripturæ consentaneorum (sive quidam sint originis Apostolicæ: sive cuncti sint autoritatis Ecclesiasticae, ή τοι μων εἰκασίας) absolvuntur, pro Traditionibus Papisticis: nihil in processu Disputationis Basilii contra hereticos, per quod regula fidei superducatur diversa vel contraria illi, quam Catholicæ predicatorum & descripserunt Apostoli. Graviter idem Basilius horum 27. cont. Sabell. & Ar. tom. i. p. 605. post argumentum ex Ep. ad Hebr. c. i. 3. de Filio Charactere subsistentia, & splendore gloria, hæc subjecit: Egomaxime omnium, simpliciter. Et illa accepi, Et absque ulla curiosa vestigatione assensum hūi prabui, ita & Auditoribus tradere velle: quoniam vero Vos circumsistitis, Judices magis, quam Discipuli, ut experimentum de nobis capiatū, non ut aliquid à nobis discatū, necessarium quidem est, ut objectionibus velut in jus vocati respondeamus, & perpetuò interrogemur, itemq; ut eadem perpetuò incalceremus quæ accepimus. Hortamur autem vos, ne quovis modo, quod vobis probatur, ex nobis audire quanis: sed quod DOMINO placeat, & CONSONUM sit SCRIPTURIS, & NON CONTRARIUM PATRIBUS. Et paulò post, cum illam insepara-

bilem conjunctionem Spiritus S. cum Patre & Filio ex Institutione Baptismi probasset, hæc addit: Ne Spiritum S. à Patre & Filio separe, abs-  
terreat te Dominica traditio: DOMINUS ita docuit, Apostoli prædicarunt,  
PATRES observarunt, Martires confirmarunt. Nec objicias mihi arguta  
illa & captiosa: Spiritus aut ingenitus est, aut genitus, aut creatus.

## L.

Extant insignes sententiaz apud Basilium in regulis brevior. resp.  
1. & 95. Summa est: Nec licere, nec conducere, ut sponte suâ quis dicat, fa-  
ciare, quæ honesta esse judicet, SINE TESTIMONIO DIVINARUM  
SCRIPTURARUM, quibus nec addendum quicquam sit, nec demandum  
(Deut. 12. v. ult.) sub pœna prescripta Hebr. 10, 27. QVIN, NE HU-  
MANIS CONSTITUTIONIBUS ASSUEFIAT ANIMUS, ET RE-  
CTUM ET NECESSARIUM ESSE UT QVÆ AD USUM PERTI-  
NENT, UNUSQVISQUE EX DIVINIS LITERIS EDISCAT. Sensit  
Bellarminus, per hæc plagam letalem pati Traditiones Pontificias, usq;  
adeò, ut abnegato Autore Basilio, integrum libellum 313. regularum bre-  
viorum adscriperit Eustathio Episcopo Sebasteno Basilii *Gyzzegovia*  
l. de Script. Eccl. p. 90. idq; allegatâ autoritate Sozomeni Hist. Eccl. l. 3.  
c. 13. & Niceph. l. 13. c. 29. & l. 9. c. 16. Atque uterque hic (quod nee  
ignoravit Bellarm.) tantum Asæticorum meminit, quem Basilii librum  
*Asæticum inscriptum* (& ab ipso Bellarmino, libello reg. brev. contra-  
distinctum) nonnulli confirmarint Eustathij Monastica apud Armenios In-  
stitutoris & Monachorum Duci scriptum pulcherrimum esse. Quare  
ergo, quod de *Asæticum inscripto* illi testesclarissimè loquuntur, intelli-  
gendum de illo libello regularum? Resp. Bellarm. Quia in hoc videtur  
damnare traditiones. Hic arcanum panditur & exemplum fidei Pa-  
palis in tractandis Patribus, quos, ut in Tridentini decreti rapiant fir-  
mamentum de more Hæretieorum pro lubitu nunc truncant, nunc  
adulterant. Et tamen etiam illi, qui Eustathio Sebasteno adscriperunt,  
pulcherrimum Scriptum agnoverunt. Si ergo ille de regulis, Asæticus &  
Eustathij, omnino & pulcherrimus fuerit, & pars cum Basiliatis antiquita-  
tis. Nec aliter loquitur Basilius Epist. 80. ad Eustath. Medicum. Si, in-  
quit, ad probandum rater Consuetudo, liceat & nobis consuetudinem oppone-  
re. Si ipsi refigent consuetudinem nostram, refigemus & nos illorum. STEMUS  
ergo ARBITRATUI DIVINÆ SCRIPTURÆ: & si quos inveniun-  
sur dogmata divinitate oraculis consona, illis VERITATIS adjudicetur sententia.

Addit

Addit exemplum: Multiplicare divinitatem Scripturam non admissit. E. e si  
tres hypostases confitemur, m̄mentres Deos dicere prohibemur. Ita Basilius.

## L.I.

Pulcherrimus in eodem Basil. I. de verâ fide textus Apologeticus est, q̄i incomparabiliter superiorem de Traditionibus non scriptis Disputationem explicat, ipsumq; Basilium contra Pontificios sceleratissimos alicubi Patrum tractatores vendicat. Ita ille: *Ego, quæ EX DIVINIS LITERIS ACCEPI, vobis ad communem utilitatem teneor explicare;* Etenim si ipse DOMINUS, si ipse Spiritus S. à seipso non loquitur Joh. 16. v. 14. 15. nos etiam peccati sic magis satisfaciemus. Et paulò post: *Quamdiu adversus varias hæreses pugnandum fuī, adversariorum in diendo stylis vestigiis insistens, consequens esse arbitratus sum, ut illi impietas pesti oppositis ejusdemmodi vocabulio obviariem, & maledicta in Deum reprimere;* alio etiam, prout necessitas hæresis morbo laborantium videbatur, vocabulo usus, *& his sepè talibus, quæ licet essent ἄγεγθα s. (totidem literis & Syllabis in Scripturis non extantia) à PIO tamen ET CONSENTANEO SANCTIS LITERIS SENSU NEUTIQUAM ABHORRENTIA.* Neque, quod Apostolus frequenter fecit, Gracorum verbis, si ea in rem meam esse adverterem, abstinui. Hoc autem tempore arbitratus sum vestro pariter ac meo proposito convenire, si negotium à vestra mibi charitate impositum ea, quæ fana fidei congruit, simplicitate, conficerem, eaq; dicerem, QVÆ A SANCTIS LITERIS ACCEPI & ἴδιαχθω τοις τὸ οὐτείσι τριηγόρης, parcior etiam futurus in usurpandis nominibus & verbis illis, quæ et si voce ipsa cum divinis literis non convenient, cundem tamen, qui in ea habetur, sensum tenent: Ceterum autem, quæ prater τὸ ζέρον τὸ λέξεως τὸν τὸν ζέρον s. prater VOCIS NOVITATEM SENSUM ETIAM NOVUM APUD SANCTOS VIROS NUSQVAM USITATUM afferunt, averatur & repudiatur. Et post pauca interjecta: *Si, inquit, fidelis est DOMINUS IN OMNIBUS VERBIS suis, hanc dubiè MANIFESTISSIMUM HOC INFIDELITATIS ARGUMENTUM fuerit, ET SIGNUM SUPERBIÆ CERTISSIMUM, si quis EORUM QVÆ SCRIPTA SUNT, aliquid velie rejicare, aut EORUM QVÆ NON SCRIPTA SUNT, introducere, cum DOMINUS noster JESUS C. dixerit: Oves mea vocem meam audiunt: Alienam autem fugiunt. Joh. 10. & Apostolus, sumto ex hominibus exemplo, vehementissime interdicit* (Gal.

DE CANALI TRADIT. EX SENT. BASILII M.  
 (Gal. 3.) NE QVID EORUM, QVÆ IN DIVINIS LITERIS HA-  
 BENTUR, DEMATUR, AUT, QVOD ABSIT, ADDATUR. Quia  
 propter & nos in animo ratum habemus OMNEM A DOCTRINA  
 DOMINICA ALIENAM ET VOCEM ET SENTENTIAM FUGE-  
 RE. Ita Basilius SINNICHIOS hic confundit, & CONFESSI-  
 ONISTAS, qvos vocant, nos petulantibus Pontificiorum præjudi-  
 ciis absolvit. Faciant PONTIFICII qvod & Cyprianus facere ju-  
 bet & Basilius: ET JAM CESSABIT ERROR.

## LII.

Qvin idem Basilius l. i. adv. Eunom. Summa ignorantiae signum dicit e-  
 ponere Canonem imperfectum, cum REGULA non admittat ~~regula~~ qvæ  
 àne. Additio enim est imperfecti. At quod imperfectum, non est re-  
 gula. Et sic ruit qvæ Scripturæ, velut Canoni concessò, apponitur regula Tra-  
 ditionis Papistica, ad cuius, per succedentes sibi generationes hacusq;  
 transmissæ, longum Canalem nos à Scripturis avocat Sinnichius. Sci-  
 licet qvia omnes hereses, qvia ipse Diabolus loquitur de Scripturis. E. cum-  
 dum à Scripturis ad Canalem traditionis, cuius Depositaria, fida Chistos,  
 vera Toffia est Ecclesia Pontif. & transeundum adeò ad Tridentinos. Sed  
 & Diabolus (par ratio hereticorum) pro se loquens de Scripturis, ex his  
 ipsis solis convinci potuit de truncato Scriptura dicto, & adulterato sensu.  
 Nec aliis armis tunc, non obstante provocatione, prostratus est à Ser-  
 vatore, qvam Scripturarum. Agnovit Basilius vim consequentia  
 à VERBIS DOMINI ad Scripturas. Si, inquit, fidelis est Dominus in  
 omnibus Verbis suis. E. illis que scripta sunt, nihil addendum, vel auferen-  
 dum. Contra, Sinnichius urget Isaia 59, 21. non dici SCRIPTA MEA:  
 sed VERBA MEA, & nec hodie restringendum Verbum Dei ad Scripturas.  
 Conqueritur idem: Germanicam gentem solius TRADITIONIS reguli  
 primitus nix am, eosque posuisse præfigiis Lutheranis jam produci, ut tra-  
 ditione universim abdicata Scripturas SOLAS, pro è parte, que Lutherum  
 sequitur, obtenderent. Revocat illos à fonte Scripturarum ad Canalem  
 Traditionis, unde compendio habeatur, qvod nonnisi per ambigas  
 & longas ambages ex Scripturis, perswasus tunc, ubi perswasit Gene-  
 rosisoribus Germanis, ut ad ruditatem de more Veterum Taciti Germa-  
 norum redeant, & patrias leges sive describere sive de tabulâ le-  
 gere dediscant s. ut literarum secreta Viri pariter  
 ac feminæ ignorent.

— o —


*Ad Clarissimum Virum*  
**DN. THOMAM STAMPELIUM,**  
Magistrum Philosophum, & sacræ Theologiæ Cul-  
torem laudatissimum:  
publicè RESPONDENTEM pro FONTE  
*contra*

## Canalem vitiatum Traditionis

Romanæ.

**A** Fonte ad bibulos & mistos sorde *Canales*  
Ebria jamdudum Sangvine, ROMA vocat.  
Tradita SCRIPTURIS præfert Compendia sanctis  
Ne puræ puro fonte bibantur aquæ.  
Scilicet, ut posset sevum servare Tridentem.  
Et mentita sui regna Tridentigeri  
Qvamq; homini qvondam cervicem junxit equinam.  
Nomine, mensurâ sed minus ille, PIUS.  
Qvod non dulcis aquæ deducere fonte licebat.  
Traditus hoc fertur suppeditare latex.  
Aueupio tali constant sua regna Qvirino.  
Qvin & Apostolicus jam Tiberinus erit.  
Tu pugnas pro fonte dabis, Clarissime THOMA.  
Defendes veterum consona scripta Patrum!  
Per te non faller Cypriani regula: per te  
Cappadocis sensus non Tiberinus erit.  
Ostendes bibulos, qvos jactat Roma, Canales  
Et puræ qvam non inde ferantur aquæ  
Tu vitium Canonis Decretorumq; Tridenti  
Monstrabis, varios Sinnichijg. dolos.  
Qvamq; Patres plagam patiantur. Scilicet illa  
Haut parcit Scriptis hæresis, haut Patribus.  
Sit felix! Es jam Germanis clarus Athenis.  
Perge D E O, patrio perge placere sola!  
Celerr. bonori & amori erga Cl. DN. RESPONDENTEM

**AUGUSTUS VARENIUS, D.**






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn740041029/phys\\_0071](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740041029/phys_0071)





## Ex SENTENTIA

ab renunciatione non fuisse consuetus: quem sequentium temporum prisimo retinuit: sed ad infantum esfariò alicubi immutavit, additis sunt susceptoribus, quomodo & ià M. Luthero legimus: Der Priester Teuffel absagen/ und sprechen: N. E. allen seinen Werken? A. Ja. und ab renunciatio Satanæ doctrinam inrat, qvia futurum Discipulum Jesu àixwūnq s. renunciare latebris ignit militiae ignominis, imò & omnibus cipi mundi. Conf. z. Cor. 4, z. Luc. mologesis omnis, qvæ in Adulto brenuntiationem concomitantem poles merito, propter mysterium, qz retinemus.

## X.

Eodem, qvo ab renunciatione omnis, qvi & Usum continet & declarat, & principalissimi in hoc mystice dubitandum, qvin ad illud, & mystice respectus fuerit & orientis & occidens. Expressè Tertull. lib. cont. Praxedis, ut tingerent in Patrem, & Filium nec semel: sed ter, ad singula nomina. sc. Tertulliani, Baptismus intinctus prout l. de poenit. An aliis est intinctus dientes optare intinctionem, non praesupponit Basilius (prout Basilus) fundamentaliter εγγραφον. Et tamen C. simila meritorum, eidemq; supposuit etationis Christi, unitatem Baptismi, Iste rubrum & unitatem transitus per Iohannem Hispalensi Episcopo scripti



the scale towards document

## AGNI.

37  
cidenis: sed & orientis adulorum saltēm bāz transferendo, necessario infante responde- is malibus præscriptis durch seine Paten dem eussel? Antw. Ja. und esen? Ja. Qvia scil. ditam utiliter declara- dñm & xpm plis obscuris & obscura- is, toti Mundo & Prin- 15. 16. 17. Qvia exo- re quiritur, talet ab- & hunc ritum & simi- gificant, amamus &

us ritum trinæ immer- sis formalis Baptisma- sis Trinitatis. Neque a sepultura Rom 6, 23. olim ritu consonantis vivissime mandavit Disci- S. non in unum. Nam igitur tingimur. Phrasis intincti, qvi baptizati, illius Audientibus? Auta Tertull. igitur, illud dixer, vel certe funda- 4. Can. 5. decrevit pro us mortis, unius resurrec- sen in transitu per mare a promissam: imò Le- g. Ep. 41. simplam mer- sionem